

CANCELL.
MARTIS B.:
1716.

IX.B.C.189

57.

D. 5.

XXVIII. 9. a

af

Index MATERIARUM

1. De eo quod depositario, amico deposito, salutare eos, Digest.
Ioh. Aloys. Leonhardi g. Lic. Vratisl. Halae.
- II. De Foro clerici delinquentis sub ipsi, D. Sigism. Gottlieb Hiligeri
Ruykopf. Ioh. à Munchhausen, Cyp. Vratisl.
- III. De diverso Colonorum Iure. sub ipsi. Sam. Hrykij Phil. Dvor. Schot.
Hilg. Halae, 1709.
- IV. De Pascuis ad Culturam non redigendis, Ioh. Georg Kob, pro Lic.
Albertij Vratisl.
- V. De eo quod iustum ē circa Venerationes in tibi, et in tibi circa Venera-
tiones precarias, sub ipsi. Ioh. Philipp. Wurz, fidei. Ant. Fallo,
Georg pro Lic. Erfurt. 1713.
- VI. De amissa Professione Agri inundati, sub pr. Sim. Herr. Musai, Fr.
Jacob. nov. Crimis Kiloni 1703.
- VII. De Tabulari Corporalibus, vulgo Vir. Henr. v. Gysius. Reg. St. Gotth. Danner
Abv. Cyp. pro Lic. Erfurti, 1693.
- VIII. Utrum Iosephus fuerit Dardanarius, vulgo Vir. Iosephi Danner
Abv. sub pr. Joh. Paul Kreissi Ant. von Dahle Terna 1707.
- IX. De Iure columbarum, sub ipsi. Petr. Mulleri, Ioh. Fr. Lomdel, Terna 1706.
- X. De Iure Ventorum, Vir. Lipp. v. Lind. Virgo, sub ipsi. Herr. Lomdel
Erasm. Coenrig, Alderortij 1695.


- XI. Electa De Iure Carum, Vom jüngst. Kurf. Herr. Kluneri Radz 1711.
- XII. De Lege extirpandorum Pastorum, Jo. Phil. Wrobel, Erfurt, 1707.
- XIII. De Iure Ostrum Von Döppen, Vugter, publ. p. Georg. Ad. Struyij,
Henr. Goerling, Jenæ, 1682.
- XIV. De Iure Venandi ex generali investitura in Subjendum valide con-
cesso, sed defectu subinvestituationis extincto, M. A. Luder.
Löffer pro Lic. Altdorffij 1706.
- XV. De Corno Partario. Vom Falckonier, Jenem. Cyber, pro Lic. Altdorffij
1677.
- XVI. Scriographiam liberae Venationis Germanicae, imprimis Svecicae,
di fratre Frantz. Grünstigkild, publ. p. Steph. Christoph. Mar-
precht, Joh. Erph. Regeling, Tübinga 1702.
- XVII. De Schuttetis, Heimburgis et Stobinis paganis, p. Joh. Christoph.
Faulding, Joh. Jac. Faulding, Jenæ 1684.
- XVIII. De Iure Salinorum, p. Joh. Georg. Engelbrecht, Joh. Fr. Düniger Helm.
Radz 1707.
- XIX. De Judicis Metallicis, Vn. Long. Antens, Long. Grünster, p. Georg. Engel.
Breit, Dieter. Werner Berckelman, Helmst. 1705.
- XX. De Iure Aluviorum in Imperio, p. Henr. Correjo, Carl. Godey.
Durrell, Alarie 1708.
- XXI. De Iure Arrestandi viri verbis conjunctos, p. Henr. Correjo, Joh.
Eng. von Peder, Traject. ad Rhen. 1689.
- XXII. De Actio affectionis et Amoenitatis, p. Henr. Correjo, Franc. Capini.
Herczelin, 1680.

- XIII. De Iure Digitorum Vom fingerkruste, p. Capp. Frd. Schamberg,
Ludw. Lenz. von Lippische Lpz. 1715.
- D. Sigism. Gottlieb Hilligeri Programma invit. ad Orat. ob Profes-
soriar. Ordinar. Puis Feudalit. demandat. d. 20. Nov. 1715. habendam
- XIV. De Prodigalitate, Capp. Frd. Schamberg pro Lic. Lpz. 1714.
- XV. De Furtu periculoso, Vom gefürbten gefährlichen Dribbelg. p. Henricus
de Boder, Adolph Gottlieb Bonnblatt, Halle, 1716. pro Lic.
- XVI. De Iure Diuaticorum s. habendi pontonem in flumine publ. vulgo
gefangenstykis p. Joh. Henr. Mitter, Carl. Joach. Gommler
Erforbia, 1714. pro Lic.
- XVII. De Jurisdictione quam persona Illustris et Nobiles per Officiales
exercere solet, p. Gotthof Barthol. Capp. à Schöckberg Lpz. 1698.
- XVIII. De Molendinis in genere et in spe potissimum Dukaarius, Vom
Zwang-Müller, p. Petz. Muller, M. Mart. Müller, Sene, 1678.
- XIX. De Crimine adulteratorum vinorum p. Immanuel Webero, Joh.
Phil. Dulffinger Riesa Haßborum, 1708.
- XX. De Iure Præventionis circa Verocationem, Vom Krieg der Verfugung
p. Joh. Frider. Schneider, Christian. August. Hieme Halle 1715.
- XXI. De Coniugio inaugrali Personar. Illustrar. p. Joh. Henr. Cocco
Frd. Lang. pro Lic. Herdelb. 1687.
- XXII. De Peccaria statim perditure credita p. Sigism. Gottlieb Hilliger,
Christph. Gottlieb Henzel, Lpz. 1715.
- XXIII. De Iure Princeps circa Divortia p. Iust. Henning. Bochmero,
Joh. Fr. Alzeyer, pro Lic. Halle 1715.

XXXIV. De Prebenda Equestris dicta Sir Vris. Hennicij. Fr. Gottl. Stra-
hafy. Triffler. Joach. Fris. Hanse. Jena 1716.

XXXV. De Tere Congruis. Vom Goetfle. Kraft. Jena 1878.

XXXVI. Christiani Utr. Progen De Amoris illecebribus. Vor. Lobschwartz
w. charactus. Jena 1715.


~~Si. 5 - II. 8~~

DISSERTATIO IN AVGURALIS IVRIDICA.

DE

34

IVRE
PRINCIPIS
EVANGELICI
CIRCA DIVORTIA.

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DOMINO CAROLO,
PRINCIPE BORVSSIAE, MARCHIONE
BRANDENBURG. *reliqua*
IN REGIA FRIDERICIANA,

DIRIGENTE

DOMINO
IVSTO HENNINGIO BÖHNERO,
ICTO, REGIAE MAI. CONSILIARIO AVLICO,
PROFESSORE IURIS ORDINARIO,
PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

ET

PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS

OBTINENDIS,

IN AUDITORIO MAIORI,

Ad d. XXI. Septembr. MDCCXV.

PUBLICO ERUDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

AUTOR

JOANNES FRIDERICVS Räyser/

GIESSA - HASSVS.

HALAE MAGDEB. Typis IO. GRVNERI, Acad. Typogr.



DISSERTATIO IN VAGABUNDIS IANUARICIS
TITULUS
PRINCIPII
EVANGELICI
CIRCA DIVORTIA
DOMINO CAROLO
PRINCIPLE HORASIAE MARCHIONE
BRANDENBURG HERIBER
IN REGIA ERIDERICANA
DOMINO
ASTORHEMINGIO BOHEMIO
EGO REGIONE MAF CONSILIVIO AALICO
PROGRESSIVE TURB ORDNARIO
PRO SUMMA IN ALTOGA IAVE HONORIBVS
PRIVILEGIIS DOCTORIBVS
IN AUDITORIO MAIORI
AETATE MDCCXV
LAVACI FRENODIAGRAM EXAMINI SUMMITATI
AETATOR
JOANNES ERIDERICAS



DISSERTATIO IURIDICA
DE
**IVRE PRINCIPIS
EVANGELICI CIRCA
DIVORTIA.**

CAPVT I.

De fatis doctrinae de diuortiis.

§. I.

DI VORTIVM hoc loco Divortii de-
nobis est matrimonii legitime con- finitio.
tracti, (et concubitu plerumque con-
summati,) ob iustas causas, utro-
que coniugum superflite, Magistra-
tus autoritate facta dissolutio. Un-
de nec de nullitatis declaratio-
ne, quae ab initio matrimonii adfuit,
nec de semiplena separatione, quae dicitur, quoad thorum
et mensam ex professo nunc erimus solicii.

A

§. II.

Iure naturae
diuertia non
sunt prohibi-
tae.

S. II. Sicut matrimonia, si secundum regulas iuris naturalis spectantur, sua natura, nec perpetua sunt, nec prorsus temporaria, quia utrumque principali-
ter a conditione pacti matrimonialis dependet: Ita diuertia eodem iure naturali nec prohibita, nec praecepta, sed medio quasi loco inter licita referuntur. Apposite Imperator in Nov. XXII. c. 3. In rebus humanis, inquit, quicquid ligatur, solubile est. Et dein: distracthuntur itaque in vita contrahentium matrimonia alia quidem &c. Ut autem vel mutuo dissensu a societate coniugali recederetur, vel altera quoque parte iuuita, ob iustas causas, a coniuge diuertetur, hoc gentium mores ex natura societatis humanae tantum non omni aevo approbarunt, nisi quod in ciuitatibus cura Magistratus propter decorum bonumque publicum et familiarum, causae diuortiorum quandoque deprehendantur paulo esse restrictae.

Nec mori-
bus Gentium
Iuianos obtinuisse obseruat SELDENVS de I. N. et G. iuxta
Hebreorum,

S. III. Nam diuotoriorum usum iam apud Antedi-
bus disciplinam Hebr. Lib. 5. c. 9. Apud Hebraeos, quamdui Geo-
nagatio regerentur, lege sacra Deuter. XXIV. maritis di-
uertia, certis quibusdam obseruatis requisitis, iustisq[ue] de
causis, permisit erant, teste JOSEPHO Antiq. Iud. Lib. XV. c.
2. quod ipsum sub Regum quoque et Iudicum regimine
fuit contintiatum. Nec illicitum fuit uxoribus, ob graues
causas in foro agere, quo mariti ipsas cum dote dimitterent,
SELDENVS de I. N. et G. iuxta discipl. Hebr. Lib. V. c. 2. 7. et
de Vxor. Heb. Lib. III. c. 17. 18. 19. 22. conf. BVXTORF. de Spon-
sat. et diuort. De eo tantum Iudeis dubitatum fuit, an
ob quamcunque disloquentiam diuertere ab vxore liceret, an
vero tantum ob iustum et grauem causam, namq[ue] artiay seu
turpititudinem? adeo ut in diuersas sectas Doctores super
hac quaestione abierint, Hillelianorum scilicet et Sammaeo-
rum, quorum haec non nisi grauem causam; illa vero in-
dulgentior maritis, quamcunque disloquentiam admittebat.

Et

DE FATIS DOCTRINAE DE DIVORTIIS. 3

Et cum Pharisei plerumque Hillelianorum opinioni adhaerent, quamvis minus rationali, factum est, ut super eadem quaestione a Phariseis interrogatus SALVATOR, in famoso textu *Matth. XIX, 9.* Schammai sententiam haud obscure approbarit. SELDENVS de *Vxor. Eby. Lib. III, c.*

23.

S. IV. Apud Graecos quoque diuortiorum licetiam fuisse nullum est dubium. v. ALEXAND. ab ALEXANDRO L. IV. c. 5. JOSEPH SCALIGER. *Animadvers. ad Euseb. n. 20.* Apud Athenienses lege Solonis tam vir vxori, quam vxor viro nuncium mittere poterant. Diuertere cunctes ipsi Archontam accedebant, et diuortii libellum apud eum deponebant, docente MEVRSIO in *Themide Attica.* Neque hoc per procuratorem fieri licuit, cuius instituti rationem ex PLUTARCHO inquirit PFEIFFER *Annot. Graec. L. IV. c. 23.* Erat autem Archontis, sortiri judices, apud quos hac de re disceptaretur, an legitima esset, nec ne diuortii causa? illo probato, matrimonium soluebatur. PFEIFFER. d. l. Illud quoque lege SOLOnis cautum erat, vt adulteram in matrimonio retinere marito sub poena haud licuerit, referente MEVRSIO d. l.

S. V. Apud Romanos ob leuem quamvis causam Romanorum a societate coniugali recedere cuius integrum fuit, modo ritus aliqui testesque solennes ad probationem adhiberentur. C. Sulpitius Gallus cum vxore diuortium fecisse legitur, quod eam foris capite nudo conuersaram fuisse comperisset. Antistius Verus autem, quod cum libertina quadam vulgari secreto fuisse, collocata. Et Sempronius Sophus ideo, quod iudicis spectasset se ignorante, vxorem eiecit, vt confirmaret PLUTARCHVS in *Comparat. Rom. et Thesei*, et in *Problematibus Rom. VALER, MAXIMVS. L. III, c. 6.* Imo summatim dici potest, sicut coemtione, vñ ac confarreatione Romanis matrimonia solebant contrahi, ita quoque contraria, tum

A 2

dif.

CAPUT I.

diffarreatione, tum quoque captiuitate seu alia seruitute,
 et denique mutuo dissensu, seu bona gratia eadem dissolue-
 bantur. Diffarreatio autem erat genus sacrificii, quo inter
 virum et uxorem fiebat dissolutio. Dicta diffarreatio, quia
 fiebat farreo lobo adhibito. Peragebatur ut contrarius actus
 procul dubio a Pontificibus, quemadmodum confarreatio
 quoque ab iis peragi erat solita. De solutis captiuitate ma-
 trimoniis vid. L. 6. ff. de diuort. et repud. Mutuo autem dis-
 sensu seu bona gratia dissoluunt matrimonia adeo naturale vi-
 sum fuit Romanis, l. 62. ff. de donat. intervir. et vxor. d. l. 6. ff.
 de diuort. et repud. ut antea VSTINIANI Novellam CXXII.
 c. 10. naturalis haec facultas haud fuerit in dubium vocata,
 vix enim fuit ante VSTINIANVM vel concilium vel Ponti-
 fex quisquam, qui solutum bona gratia matrimonium con-
 sidererit. Quin ex ipsa Nonella allegata patet, etiam ipsis VSTI-
 NIANI temporibus fuisse nonnullos, qui bona gratia a con-
 iugio recederent. Caeterum verba solennia erant, ubi spon-
 sorialium vinculo renunciabatur: **C O N D I T I O N E**
T V A N O N V T A R. Vbi vinculo nuptiarum: **T V A S** RES
T I B I H A B E T O. Item: **T V A S** RES
T I B I A G I T O. Claves quoque vxoribus ademtae,
symbolum erant diuortii frequens, vti et tabularum nuptia-
 lium disruptio. Et libello item siue tradito, siue per liber-
 tum, vt plerumque, aliquam missio, res solebat transfigi,
 qui etiam in acta referri solitus erat, testibus scriptoribus
 antiquitatum Romanarum, conf. AGELLIVS Noct. Attic. L.
 IV. c. 13. SELDENVS in Vxor. Ebr. L. III. c. 27. p. 401. AR-
 NISAEVS de Iure Connubiorum c. 6. sect. 3. PETR. GRE-
 GOR. THOLOSANVS Lib. IX. Syntagma. c. 15. Hinc tam
 erebra fuerunt vxorum a viris diuortia, vt foeminae non
 confulum numero sed maritorum annos suos computauer-
 int, teste SENECA L. III. de benef. c. 16. Traditur qui-
 dem teste AGELLIOL. XV. Noct. Attic. c. 20, Romanos diu
 a diuortiis abstinuisse, quod alii ad quingentos et viginti tres

an-

nos extendunt, quia hoc ipso anno Sp. Carbilius Ruga primus Romae vxorem dimisisse legitur. vid. AGELLIVS Lib. IV. c. 3. VALER. MAXIMVS L. II. c. 1. Iuxta alios intra sexcentos annos nullum apud Romanos reperiri diuortium testatur SELDENVS de Vxor. Ebr. L. III. c. 19. conf. CVIA-
CIVS Obs. L. c. 39. Sed et alii interiuallum illud faciunt trecentorum et triginta annorum. Hoc quicquid sit, nobis perinde esse potest, quibus sufficit nosse, ante CHRISTI natales diuortiorum licentiam in toto Imperio Romano fuisse permisam.

§. VI. Apud primitiuos autem Christianos probabile quidem est, quamdui in fidei simplicitate et amoris puritate permanerunt, non secus ac apud Patriarchas, filius virtutis pietatisque studio diuertia non adeo fuisse frequentata. Sacramento se obstringere solebant, inquit PLINIUS Epist. 97. Lib. 10. ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent. An cum sinceris his et simplicibus Christianorum moribus facilis pacti matrimonialis solutio conciliari poslit, cuilibet judicare facile potest, in primis cum nec propter Gentilem superstitionem a marito vxorem debere diuertere moneat PAVLVS 1. Cor. VII. Mox tamen scena videtur paulo esse mutata. Ita IVSTINV S Martyr, qui ad ann. Christi CL. claruit, in *apologia pro Christians prima*, recenset, vxorem christianam, pietatis causa, marito infideli et flagitioso repudium mississe. Sie ille: Postquam Alexandriam profectus maritus, multo deterior factus esse dictus est, foemina, missa illi, qui apud vos dictur, repudii libello, ab eo sic sciuncta est. IVSTINV missum a foemina marito repudi libellum minime reprehendit; reprehensurus sine dubio, si quid Christianorum disciplinae contineret contrarium. Idem fecit S. THECLA, sequoris texus protomartyr, dicta Thamiridis, in Iconio sponsa et PAVLI Apostoli discipula. Nuptias noluit viri alias clausissimi, sed Christianisnum et ipsum PAVLVM acerbius de-

Christiano-
rum primiti-
uae Ecclesiae.

stantis, sponsalibus renunciauit, quibus sc. ipsum inierat matrimonii vineulum, si vera sunt, quae refert **BASILIVS** Seleuciensis Episcopus, *de Vita Theclae L. I.* Haec ipsa apud veteres Christianos diuertendi licentia postea magis magisque fuit extensa, et in foro citra dubium eundem habuit effectum, quem habuit apud Romanos, sub quorum Imperio vixerant.

§. VII. Quia vero leges antiquae Romanorum diuertendi licentiam nimis laxauerant, et haec ipso seculo IV. quo Imperatores Christo fidem dare incipiebant, adhuc obtinebat, ere visum fuit, illam paulatim ad iustos redigere terminos, et certis tantum de causis diuortia permittere, quod non tantum subditis, qui gentilia sacra colebant, sed ipsis quoque Christianis praescriptum fuit. Videlicet primus **CONSTANTINVS** M. ad annum Christi CCCXXXI. arbitrariam illam diuertendi licentiam ita restrinxit, ut foemina marito demum ob homicidium, crimen medicamentarium et sepulchrorum dissolutionem; maritus vero foeminæ tantum moechae, medicamentariae et conciliatrici diuortium dare potuisset. Verba Constitutionis in *Cod. Theod. l. i. de repud.* haec sunt: *Placet mulieri non licere propter pravaas suas cupiditates marito repudium mittere, exquisita causa, velut ebriosi aut aleatori, aut mulierculario, non vero mari- tis per quasunque occasiones uxores suas dimittere; sed in repudio mittendo a foemina haec sola crimina inquire, si ho- micidum vel medicamentarium, vel sepulchrorum dissolu- gorem maritum suum esse probauerit, ut ita demum lauda- za omnem suam dotem accipiat.* Nam si praeter haec tria crimina repudium marito miserit, oportet eam usque ad a- ciculam capitis in domo mariti deponere, et pro tam magna sui confidentia in insulam deportari. In masculis, etiam si repudium mittant, haec tria crimina inquire conuenit, si moechare, vel medicamentarium vel conciliatricem repu- diare

Constantini
M. tempor-
bus primum
coepit re-
stringi diuor-
tiorum licen-
tia.

diare volueris. Nam si ab his criminibus liberam eiecerit, omnem dotem restituere debet, et aliam non ducere: quod si fecerit, priori coniugi facultas dabitur, domum eius inuadere, et omnem dotem posterioris uxoris ad semetipsam transferre pro iniuria fibi allata. Noratu sane dignum est his ipsis temporibus Patres Nicaenos plerosque adhuc in viuis, et primarios inter eos ipsi Imperatori a consiliis fuisse, quorum iudicio forensi ac ferme soli is pleraque permiseraut, et tamen non constat, eum a patribus circa licentiam diuortiorum taxatum fuisse.

S. VIII. Post CONSTANTINVM M. haec diuor- Post Constanti-
tiorum restrictio velut firmata fuit ab HONORIO, THEO- tinum M. in
DOSIO minore, et CONSTANTIO Augustis, EUSTASIO
et AGRICOLA Consulibus seu anno CHRISTI ccccxxi.
vt liquet ex l. 2. C. Theod. de repud. Anno autem
ccccxxxix. a THEODOSIO et VALENTINIANO III.
Constantiniana illa et Honoriana constitutio iterum abro-
gata, jusque, quod ante eos obtinuerat, liberius diuerten-
di plane restitutum, quod ex eorum Nouellis Tit. 17. apud
SELDENVM de Vxor. Ebr. p. 416. liquet. Altera horum Im-
peratorum, sed paulo restrictior constitutio occurrit in l.
8. C. de repud. Circa annum CHRISTI ccccxvi. ANA-
STASIVS AVGSTVS legem tulit de repudio ex communi
coniugum consensu et citra aliquam causam, quae occurrit in
l. 9. C. de repud. Ad annum Christi DXXVII. prima prodit
IVSTINIANI Imperatoris circa diuertia Constitutio, sub
annum eius regimini secundum, quae extat in l. 10. C. de
repud. et in l. 11. C. eod. Praeterea eiusdem hac de re extant
quaedam Nouellae, vt XC. c. 2. Nou. CXIV. praefat. et c. 1
Nou. CXVII. c. 8. 9. 10. vbi notable est, quod in d. c. 5. quia
vero, ait, plurimas in veteribus et nostris legibus inueni-
mus causas, ex quibus facile nuptiarum solutiones fiant, ea
causa prospexit ex his absindere aliquas, quae nobis in-
dignae ad soluendas nuptias visae sunt, et eas solummodo no-
mī-

8. 21170910 CAPUT I.

minarim praesentis inferere legi, pro quibus rationabiliter potest siue vir siue mulier repudium muttere etc. Ipse Imperator his verbis notat frequentem diuortiorum usum apud Orientales usque ad tempora lustiniane. Post Justinianum JUSTRINVS statim sub initio Imperii sui anno Christi D.LXVI. restituit licentiam *mutuo dissensu*, a coniugio recedendi per Nouellam CXL, vid. SELDENVS de Vxor. Ebr. L. III. c. 28. p. 421. Post Justinum nullae alias deprehenduntur leges circa diuortium latae per annos quasi trecentos quadraginta, i. e. usque ad LEONEM Philosophum, qui sub annum Christi D.C.C.C. iam floruit. Hujus autem extant Nouellae CXI. et CXII. quibus praeter alias causas, *furor quoque coniugis superueniens* matrimonium soluere censetur, si nempe vxor per triennium, vir autem per quinquennium malo, hoc tene- rentur. Quod pariter NICEPHORVS Botoniates postea constituit, vid. Constitutiones Imperat. a Bonefadio editae. Libri quoque Basilici, qui a LEONE Caesare et CONSTANTINO fratre compositi sunt, omissa Justini Nouella, de diuortio ex mutuo dissensu lictio. JUSTRINIANI leges *narratae* sequuntur, ac plures adeo diuertendi causas admittunt. Anno CHRISTI DCCCLXX. floruit PHOTIVS Patriarcha Constantinopolitanus. Is, in Nomocanone Tit. 13. c. 4. jus, quale diximus, de diuortiis, eiusque causis variis Caelareum ostendens, ait: *ex Consensu per conventionem coniuges posse soluere matrimonium, olim dictum, sublatum est autem ab CXVII. Nouella, et rursus ab Justino Imperatore est renovatum.* Verba PHOTII allegat SELDENVS d. l. c. 29. p. 423. Dum autem PHOTIVS nullam aliam et recentiorem mutationem memorat, sequitur, his ipsis quoque temporibus Jus Caesareum circa diuortia apud Orientales obtinuisse, et quidem paulo liberius, quam sequioribus feculis. Circa annum Christi MLXX. floruit MICHAEL ATTALIATA, ProConsul et Judex. Hic iussu MICHAELIS DVCAE Augusti ποίησαν νομικὸν ἡ περιγματικὸν, opus iuridicum seu pragmati- cum,

DE FATIS DOCTRINAE DE DIVORTIIS. 9

cum, in quo, vbi de diuortio agitur, mutui dissensus nulla quidem fit mentio, sed expresse insistitur Nouellis JVSTINIANI, et duae praeterea adduntur diuortiorum causae nouae, quae ibi ἀρχαξει τῆς νοίης, lecti cestatio et η κυρεα, tonsura appellantur. Et in hoc statu sine dubio mansit ius circa diuortia Caelareum in Oriente, vsque ad recentiora Christiani imperii tempora,

§. IX. Apud Occidentales ante CAROLVM M. ius In occidente
diuertendi satis amplum, probant formulae libelli repu- ante Carolum
dii apud MARCOLPHVM Monachum, qui sub anno CHRI. M.
STI DCL. CLODOVAEO II. seu DAGOBERTI filio Rege vi-
xit. In eius Lib. II. formularum Cap. 19. sequens de libello re-
pudii formula praescribitur: Idcirco, quia inter illum et
coniugem suam, non caritas secundum DEum, sed discordia regunt, et ob hoc conuersare minime possunt, placuit,
utriusque voluntatisbus, ut se a consortio separare deberent,
quod ita et fecerunt. Propterea et has epistolulas uno tenore
conscriptas inter se fieri et affirmare decreuerunt, ut quic-
quid unusquisque ex ipsis de semetipso facere voluerit, abs-
que repetitione socii sui liberam habeat potestatem, et nulo
tam requisitionem, neque ipsius in caput, neque illa qualis-
ever persona, exinde habere pertimescat. Quod qui contra
parem suum vel contra alium quemcunque hominem ullam
repetitionem facere conauerit, partibus illius contra cui li-
tem intulerit, sol tantos componat, et sua repetitio nullum
obtineat effectum; sed unusquisque ex ipsis per hunc libellum
repudi eiorum manibus reboratum, omniq[ue] tempore quieti
valenti residere. Alia extat formula apud eundem Cap.
20. Dum et inter illum et coniugem suam, non caritas se-
cundum DEum etc. decreuerunt, ut unusquisque ex ipsis,
sive ad seruitium DEi in monasterio, aut copulae matrimo-
nii sociare se voluerit, licentiam habeat, et nullam requisi-
tionem ex hoc de parte proximi sui habere non debeat. Si
quis vero aut aliqua pars ex ipsis hoc emutare, aut contra

B

parem



parem suum repetere voluerit, inferat pari suo auri librare i, et ut decreuerunt, a proprio consortio sequestrati, in ea, quam elegerint, parte permaneant. Eadem fere formula legitur in formulis veterum solennibus a Friderico LINDEBROGIO e regia Gall. Bibliotheca editis Leg. Antiq. Tom. II. form. 84. p. 1060. THEODORICI Ostrogothorum Regis in Italia edictum de causa diuortii triplici, qualis a Constantino relata, allegat SELDENVS in Vxor. Ebr. L. II. c. 30. Regnauit autem THEODORICVS in Italia proximis ante Iustinianum annis seu ANASTASIO et JUSTINO maiore Cæsaribus, i.e. sub anno CHRISTI D.

Seculo Caro-
lino ius di-
uortiorum
paulo, immu-
tatum;

Saltim lo-
quendi for-
mulis.

X. Seculo vero Carolino, et quod Imperii Carolini initia secutum est, inolescere coepit eiusmodi ius diuortiorum, vt non tam iuxta leges Imperantium ac pristinos populorum mores, quam canones Pontificios et Theologorum Patrumque sententias, aut eorundem saltim loquendi formulis cooperit exerceri, quod satis liquet ex diuortio LOTHARI I et TETBERGAE ann. DCCCLXI. fornicacionis ante sponsalia commissae causa aut obtentu, apud GOLDASTVM Confit. Imper. Tom. II. p. 27. de quo fusius agit HINCMARVS Rhemensis Archiepiscopus, et SIGONIVS de Regno Italie L. 5. BARONIVS Tom. V. ann. 862. et seq. Scilicet consulfut videbatur Imperatoribus hoc seculo et prudentiae politicae regulis conforme, vt adstabiendum, quod nouiter acquisuerant, imperium, Pontificum sermone loquerentur, in materia cumpromis, quae quamplurimis Patrum sententiis et conciliorum decretis roborata, apprime erat ad palatum aulae Romanae composita. Hinc in Capitular. CAROLI & LUDOVICI Lib. I. Cap. 43. et Lib. 6. c. 55. e Concilio Africano repetitus Canon: nec uxorem a viro dimissam alium accipere virum, vivente viro suo, nec virum aliam accipere uxorem vivente uxore priore. Patria habentur in legibus Longobardorum L. 2. tit. 13. cap. 4. ubi occurrit LOTHARI Imperatoris Ludouici PII filii lex cir-

DE FATIS DOCTRINAE DE DIVORTIIS. II

circa annum 840. Nulli licere excepta causa fornicationis adhibitam sibi vxorem relinquere, et dein aliam copulare.

§. XI. In praxi tamen hoc seculo adhuc ex aliis quoque quam adulterii causis diuortia fuere permissa. Sane enim ipsum CAROLVM M. legimus BERTAM vxorem, DESTIDERII Regis Longobardorum filiam, quam duxerat, tia post annum repudiasse, incertam qua de causa, et aliam duxisse, sc. HILDEGARDAM Suebam, e qua posteros suscepit. AIMON, histor. Francic. lib. 4. c. 68. EGINHARDVS in Vita Caroli M. IVO in Panormialib. 7. tit. de adulterio. Conf. ALBERICVS GENTILIS de nuptiis L. 6. c. 4. Et quoties propter impotentiam virum vxor dimiserat, favei fuit aliam accipere. Capitular. CAROLI et LUDOVIC. L. 6. c. 55. Soluebantur praeterea matrimonia cum seruis aliisque peregrinis Gentibus inita. CAROLVS Caluus in Capitular. capit. XXX. quod inscribitur: *Quando Lotharinus ad osculam receptus est: Si de ipsis partibus (Gallicae) in illis partibus (Normannorum) foemina maritum aut maritus foeminam accepit, illud coniugium, quia non est legale, neque legitimum, sicut Leo in suis decretis, et Sanctus Gregorius in suis epistolis monstrant, dissolvatur, et eius fuerit vir vel foemina, mancipium suum quaeque potestas recipiat, et suae potestatis homini coniungere faciat, et si infantes inde nati sunt, secundum legem et antiquam consuetudinem nostram infantes matrem sequantur. In illis autem regionibus, quae legem Romanam sequuntur, secundum eandem legem fieri exinde decreuimus.* Scilicet diu obtinuerat, ut seruorum, adeoque etiam, qui seruulis haberentur conditionis, matrimonia, saltim dominis iniunctis inita, aut cum libera persona contracta, dirimentur, quod postea, licet etiam Canonibus vetitum, Caus. 29. qu. 2. haud parum fuit in usu. vid. J. O. VADIANI ad Jo. Survikium Epistola in Tom. II. Rerum Allemannicarum a Goldast p. 193. Ita enim legitur in L. 1. Cod. Theod. de Nuptiis. Gentilium.

Imperatorum VALENTINIANI et VALENTIS AA. ad
 Theod. Magistrum Equitum Constitutio: Nulli prouincia-
 lium, cuinscumque ordinis aut loci fuerit, cum barbaras fit
 uxore coniugium, nec ulli Gentilium prouincialis foeminae
 copuletur, nisi quae inter prouinciales atque gentiles affini-
 tates ex huiusmodi nuptiis extiterunt. Quod in his su-
 spectum vel noxiuam deregatur, capitaliter expietur. Dat.
 V. Calend. Iunii Valentiniano et Valente AA. Coss. i.e. anno
 Chr. CCCLXV. Et dein in L. 2. eiusd. Cod. Theod. de Na-
 priis Imperatores VALENTINIANVS, THEODOSIVS et
 ARCADIVS AA. Cynegio P.F.P. legem tulerunt, quae ne
 Judaeus cum Christiana, vel Christianus cum Judaea matri-
 monium ineat, vetatur: Ne quis Christianorum mulierem
 in matrimonium Iudeus accipiat, neque Iudaea Christianus
 coniugium sorriatur. Nam si quis aliquid huiusmodi
 admiserit, adulterii vicem commissi huius crimen obtine-
 bit, libertate in accusandum publicis quoque vocibus rela-
 xata. Dat. prid. Id. Mart. Thessal. Theod. XII. et Cynegio
 Coss. i.e. ad ann. Christi CCCLXXXVIII. CONSTAN-
 TINI M. hanc in rem legem ex Constantini Porphyrogeniti
 libro, quem de administrando Imperio scriptit ad Roma-
 num Porphyrogenetum filium, allegavit LAVNOIVS dera-
 gia in matrim. potest. P. 1. art. 3. c. 2. p. 228. Si unquam gens
 quaepiam ex infidelibus et inhonoratis Borealibus affinita-
 tem contrahere cum Romano Imperatore voluerit, vel filiam
 eius sponsam accipere, vel suam illi elocare, vel Imperato-
 ris aut eius filii uxorem capere, huiusmodi te verbis in-
 decoram hanc petitionem propulsare oportet, etiamsi de hac
 re interdictum, constitutionemque metuendam, immutabi-
 lemque a magno et sancto Constantino scriptam esse in sacra
 mensa Christianorum ecclesiae sanctae Sophiae. ne unquam
 Imperator Romanus affinitatem contrahat, cum gente, quae
 peregrinis et a Romano statu diversis moribus utatur, ma-
 xime, quae sit fidei alterius, et baptizata non sit, exceptis

dum-

dundaxat Francis. Hos enim solos exceperit magnus ille vir sanctus Constantinus, tum quod ex illis partibus ipse oriundus, tum quod propinquitas isti genti et commercia magna essent cum Romanis. Quapropter etiam cum his solis valere contractus matrimoniales permisit, propter partium illarum gentiumque splendorem ac nobilitatem, quam iam annotari; cum autem quoquaque populo ownino prohibuit. Quod vero si quis facere ausus fuerit, tanquam patriarchum constitutionum Imperialiumque legum transgressor et inter Christianos censeri indignus, diris deuocatur. Ulterius etiam ob defectum paterni consensus capitulis Francorum dissoluta matrimonia. A REGINONE L. II. Chron. Ann. DCCCXXXVIII. traditur: *Habuit autem Ludonius Balbus (Caroli Calui filius) cum adhuc iuuenilis aetatis flore polleret, quandam puellam nobilem, nomine Ansgard, sibi coningii foedere copulatam, ex qua duos suscepit filios elegantioris formae, ac ingentis animi virtute praestantes; horum unus Ludouicus, alter Carolomannus vocabatur. Sed quia hanc sine genitoris conscientia et voluntatis consensu suis amplexibus sociauerat, ab ipso patre ei postmodum interdicta, et interposito iuris iurandi sacramentio ab eius consorcio in perpetuum separata: tradita est autem ei ab eodem patre Adelheidis in matrimonium, quam granitam ex se reliquit.* add. THYANVS L. XIX. histor. ad ann. MDLVII. HUGO GROTIUS L. II. Epistola ad Martinum Ruarum 327.

§. XII. Ex his, quae de iure caesareo circa diuertia diximus, obseruamus 1) Imperatores hucusque recentitos, qui varias diuertendi admiserunt causas, non tam facile esse damnundos aut coarguedos, tum quod nulla Synodus oecumenica apud Orientem vel Occidentem habita constitutiones istas tanquam impias in examen vocauerit, et ne seruarentur, vetuerit; Tum, quod Antistitium nullus neque Romanus, neque Alexandrinus, nec Antiochenus, nec Constantinopolitanus, aut Hierosolymitanus aliusue vñquam de ipsis constitutionibus querelam instituerit,

rit, quod euangelio manifeste repugnarent. Sed videntur potius isti Antistites suo silentio constitutiones imperatorias approbasse, quae si iniustae fuissent, hoc ipso silentio Episcopi illi violati Euangeli roi fuissent, quod tamen de tam sanctis Patribus turpe erit cogitare. Et quamvis eorum non pauci in priuatis suis scriptis contra diuortiorum licentiam senserint, fuerunt tamen alii, iidemque non minoris autoritatis, qui pro eorundem libertate scripsierunt, nec dissentientes unquam auli de iudicio principali in hac materia disputare: quin illi ipsi Principes, qui plures diuortiorum causas admirerunt, saepe in conciliis generalibus, velut **C O N S T A N T I N U M**, aut **J U S T I N I A N U S**, tanquam Christianae fidei conservatores publice praedicantur. Ipsa quoque concilia Imperatorum potestata in matrimonia et diuertia non semel agnouerunt, prout obseruat **L A V N O I V S** de regia in matrim. p. 322. Vnde sua sponte fluit, quodcunque ius tot seculis vi imperii civilis ab Imperatoribus, absque contradictione, juste fuit exercitum, idem hodie ab iisdem iniuste haud posse possideri. Et si hodie Princeps Euangelicus veteres illas circa diuertia leges, velut Constantini aliasue restituere voluerit, eum violati Euangeli reum haud futurum, quod ex iis, quae in sequentibus sum traditur, luculentius apparebit.

Obsrva. 2)

S. XIII. Obseruamus 2) Leges diuortiorum restrictivas usque ad seculum Carolinum, et in Oriente adhuc ulterius, tantum respectum poenae habuisse, ut qui dotis aut ante nuptialis donationis priuatione puniri voluerit, illibatam haberet pro lubitu diuertendi licentiam, vt patet ex constitutione **C O N S T A N T I N I M**. supra §. 7. allegata. Extat quoque **H O N O R I I** Imp. Constitutio, de poenis iniusti repudii in Lib. 2. Cod. Theod. de Repud. his verbis: *Mulier, quae repudii a se dati oblatione discesserit, si nullas probauerit diuortii sui causas, abolitis donationibus, quas sponsa percepérat, etiam dote priuetur, deportationis addicenda suppliciis etc.* Sicut et in Concilio Nicaeo statuitur

Can.

Can. 66. ut Clericus repudians vxorem deponatur, Laicus vero prohibetur communione fidelium. Nec in legibus Caesorum ullibi legitur, invito et refractario coniugem absolute fuisse obtrusam, si nulla legibus probata causa fuisset electa. Ea enim opinio, de indissolubili matrimonii vinculo, ante introductum iuris canonici usum in foro ciuili non ubique obtinuit, quemadmodum etiam usque ad hanc Epocham gradus affinitatis prohibuerunt, et circa illos dispensarunt Caesares, quod ipsum antiquitatis ecclesiasticae peritissimus JACOBVS SIRMONDVS in suis ad Ennodii epistolulas notis obseruauit, notante LAVNOIO d.l. aiens: Imperatores Christiani etiam consobrinos iungi vetuerunt, ut Theodosius, tantum, ut Sixti Victoris verbis utar, pudori tribuens et continentiae, ut consobrinorum nupiis vetererit tanquam sororum. Quam sine Principis venia duci non licebat. Quod declarat CASSIODORI formula, qua consobrina legitima fiebat vxor. Longe autem recentius testimonium nobis suppeditat MARIANA non ignobilis Hispanorum Historicus. Alphonsus, inquit, L. X. hist. c. 8. Vrracam uxorem a patre tertio propinquitatis gradu attingebat. Non dum moribus receptum erat, ut Pontificum Romanorum venia, lege cognationis soluta, coniugia inter cognatos coirent, itaque pasim consideramus per haec tempora conubia Principium directa esse cognatione inter coniuges illegitima iniusta que. Hanc unam arbitror esse causam, cur Alphonsus hic in nullo Castellae regum numero ponatur apud veteres scriptores. Deinde in L. XI. c. II. Vrraca ipsa, quod cognatione deuincta esset, viro repudiata: haec via dissoluendis coniugiis inuenta erat, offensione inter coniuges nata. Non dum enim interpretando sibi quisque leges de matrimonii apias faciebat, Neque enim venia Pontificum soluebantur. Si igitur ALPHONSI tempore potuerunt Principes iuste veniam sacere matrimonii propinquorum, potuerunt etiam absque

que dubio ex paritate rationis causas determinare, quibus
coalita matrimonia essent dissoluenda.

*Historia do-
ctrinae respe-
ctu Patrum,
Conciliorum,
Pontificum.*

*Eorum, qui
diuortionum
libertatem
contingunt.*

§. XIV. Visa hucusque historia doctrinae de diuor-
tiis respectu constitutionum Imperialium, aliarumque legum
in oriente pariter atque occidente, nunc ordo postulat, vt
eandem quoque respectu Patrum, Synodorum, Conciliorum
et Pontificum usque ad compilatum ius canonicum paucis
perlustremus. Sunt vero ex Patribus quamplurimi, qui
diuortiorum licentiam extra causam adulterii, impugnant,
quorsum spectat CLEMENS ALEXANDRINVS, qui circa an-
num CL. floreit. In Canonibus Apostolicis, quorum actas ante
Concilium Nicaenum a quibusdam ponitur, expresse reperitur
secundarum nuptiarum post repudium prohibitio. HIERO-
NYMVS ad Matth. C. XIX, ita loquitur: *Sola fornicatio est,*
quae uxoris vincat affectum, imo cum illa unam carnem
in aliam diuiserit, et se fornicatione separauerit a marito,
non debet teneri, ne virum quoque sub maledicto faciat, di-
cente scriptura: Qui adulteram teneret, stultus est, et im-
pius. Vbicunque igitur est fornicatio et fornicationis suspi-
cio, libere uxor dimittitur. Et quia poterat accidere, vt
aliquis calumniam faceres innocentem, et obsecundam copu-
lam nuptiarum veteri crimen impingeret, sic priorem di-
mittere iubetur vxorem, ut secundam prima viuente non
habent. Quod enim dicit, tale est, si non propter libidi-
nem, sed propter iniuriam dimittis vxorem: Quare ex-
pertus infelices priores nuptias, nouarum te immititis peri-
culo. Vxorem hic appellat innocentem HIERONYMVS,
quae per adulterium repudii causam non dedit, non eam,
quae aliis inquinata non sit vitiis. Nam paucis interpositis
sic pergit: Quid enim si temulenta fuerit, si iracunda, si
malis moribus, si luxuriosa, si gulosa, si iurgatrix, si male-
dica, tenenda erit istiusmodi? Volumus, nolumus, susci-
nenda est. Cum enim essemus liberi, voluntarie nos subiici-
cimus servituti. Alia huus Patris loca vid. ap. LAVNOIVM

de

de regia in matrim. potest. P. III. art. 1. c. 5. **AVGUSTINUS** est in *Commentario ad Matth. C. V.* cuius etiam extat canon in concilio Milleuitano I. *Can. 17.* *Placuit*, inquit, *ut secundum Evangelicam et Apostolicam doctrinam neque dimissus ab uxore, neque dimissa a marito alteri coniungatur, sed ita maneat, aut si bimet reconcilientur, quodsi contenserint, ad poenitentiam redigantur.* In qua causa legem imperialem petendam promulgari. Alia eius loca allegat **LAVNOIVS** d. l. p. 468. segg. **ARELATENSE** Concilium I. quod anno CCCXIV. habitum fuit in *Canone X.* De his, inquit, qui coniuges suas in adulterio reprehendunt, et ii sunt adolescentes, et prohibentur nubere, placuit, ut in quantum potest, consilium eis detur, ne viventibus viroribus, licet adulteris, aliam accipiant. **THEODORETUS** quoque qui Chalcedonensi concilio interfuit, circa annum CCCLI, in sermone IX. de legibus ita loquitur: *Quibus verbis cetera vxoris vitia ferri iubet, seu loquax illa sit, seu temulenta, seu coniunctio: Sin vero nuptiarum leges transiliat, et in alium procax intendat; tunc denique copulam solvi iubet.* **SYRICIVS** Papa ad Himerium Tarragonensem Episcopum Epist. I. c. 4. cuius contenta leguntur *Can. 27. q. 2. can. 50.* De coniugalium, inquit, violatione requisisti, si despontatam alii puellam alter in matrimonium posset accipere: *hoc ne fiat, modis omnibus prohibemus, quia illa benedictio, quam nupturae sacerdos imponit, apud fidèles cuiusdam sacrilegii in istar est, si illa transgressione violetur.* Floruit autem hic circa annum ann. CCCLXXX. Idem statuit **INOCENTIVS** I. anno CCCV. ad Exuperium Episcopum Tholosanum scribens, cuius verba allegat **SELDENVS** de *Vxor.* Ebr. Lib. III. c. 31. p. 445. **CHRYSOSTOMVS** unum diuortii legitimum esse modum adulterium censuit. Idem affirmit **ASTERIYS** huic coetaneus apud **SELDENVM** d. l. p. 446. **ISIDORVS** quoque Hilpalensis, qui ad annum

C

Chr.

Chr. DCXXX. in Hispania floruit, in Lib. II. de officiis Cap.
 19. Quid ergo, inquit, si sterilis, si deformis, si aetate
 vetula, si foetida, si temulenta, si iracunda, si malis mo-
 ribus, si luxuriosa, si gulosa, si fatua, si vaga, si iurga-
 trix, si maledicta, tenenda est, velis, nolis, et qualiscun-
 que accepta est, tenenda. THEODORI Cantuariensis Epis-
 copi, qui ad ann. Chr. DCXXX. enituit, locum allegat
LAVNOIVS d. l. c. s.p. 480. TOLETANVM concilium,
 quod anno DCXXXVI. celebratum est, in Con. VIII. Praece-
 ptum, inquit, Domini est, ut excepta causa fornicationis
 vxor a viro dimitti non debeat; et ideo, quicunque citra
 culpam criminis praedicti vxorem suam quacunque occasione
 reliquerit, quia quod Deus coniunxit, ille separare dispositus,
 quamdiu ab ecclesiastica communione et a coenit omnium Chri-
 stianorum maneat alienus, quamdiu, et ad societatem reli-
 ctiae coniugis redeat, et partem sui corporis honestalege cov-
 sus sinceriter amplectatur et foueat etc.

S. XV. Non opus est plura cumulare veteris ec-
 clesiae testimonia, diuortiorum licentiam extra causam
 adulterii impugnantia. Hoc summatim tenendum, 1) obseruatio-
 nes, AVGVSTINI aliorumque opinionem, secundas post di-
 uortium nupcias prohibentium, eo tantum collineantur, vt
 hoc medio reconciliatio inter coniuges eo facilius obtineat-
 ur. Quae ipsa tamen sententia non ubique fuit approba-
 ta, declarante SCHILTERO in histor. Jur. circa dogm. ec-
 cles. de dissolut. matrim. quoad vinculum §. 13. 14. 2) Alios
 Augustinum ita interpretatos fuisse, vt poena aliqua eccle-
 siastica afficeret eum, qui contra praecepta virtutis
 et tolerantiae christianaee vxorem dimittit, extra fornicatio-
 nis causam, prout quoque THEODORVM Cantuariensem
 Episcopum, qui ad ann. DCXXX. floruit, statuisse THEO-
 DORVS BEZA scribit, apud LAVNOIVM d. l. c. s.p. 450.
 3) Fuisse etiam Theologos pariter et ICtos orientis, qui
 prorups de repudiata avantiō, ἀλότως, οὐκ επειραμένοι, fine
 eau-

causa, sine ratione, nec iuxta leges, Canonem hunc accipiunt, prout MICHAEL CHRYSOCEPHALVS repudiatam dicit eam, quae non iuxta leges a marito suo separatur, testante SELDEN O de Vxor. Ebr. Lib. III. C. 30. p. 440. 4.) Quoad ipsas denique diuortiorum causas, fuille temper aliquos, eosque non infimae auctoritatis, et eruditionis Patres, qui non solum occasione *μονχσιας*, sed alterius quoque flagitiis, *κακησιας*, diuertendilicentiam concenserint, vnde dissentientium Patrum explicatio biblica pro lege euangelica haud poterit venditari, priusquam de genuino sensu textus scripturae inter vrosque conueniat. Sed de his nunc speciatim erit dicendi locus.

§. XVI. Inter eos igitur primitiae ecclesiae Patrum, qui tres, qui pro libertate diuortiorum sentiunt, primus erit pro libertate diuortiorum ORIGENES, cuius elegantem locum allegat LAVNOIVS sentiunt, P. II. de Regia in matrem. potest. art. II. cap. II. p. 324. et p. 454.
Post hoc autem Dominus non permittit propter aliam aliquam culpam uxorem dimittere, nisi propter solam causam fornicationis, dicens: *Quicunque dimiserit uxorem, excepta causa fornicationis, facit eam moechari.* Quacendum autem est, si propter solam causam fornicationis dimittere iubet uxorem: quodsi mulier nou fuerit fornicata, sed aliud quid grauius fecerit, vii puta venefica inueniatur, aut interfictrix communis infantis nati, aut in quoconque homicidio, aut exportans domum, et male dispersgens substantiam viri, aut furia viro faciens; si mulier huiusmodi admittat, cum Dominus excepta causa fornicationis dimittere vetet? Ex utraque enim parte aliquid in honestum video, nescio autem si vere in honestum. Talia enim mulieris sustinere peccata, quae peiora sunt adulterii et fornicationibus, irrationaliter esse videtur. Item facere contra voluntatem doctrinæ Salvatoris, omnis confitebitur impium esse. Disputo ergo, quia non praecepsive mandauit, ut ne quo dimittat uxorem, excepta causa fornicationis, sed qua-

si exponens rem dixit: Qui dimiserit uxorem excepta causa fornicationis, facit eam moechari. Et vere quidem quantum ad se facit illam moechari, dimittens eam non moechantem: si enim illa viuente viro adultera vocatur, si facta fuerit alteri viro, sine dubio, qui dimittit, dat ei occasionem secundarum nuptiarum, et propter hoc facit eam moechari, sed vir, qui quantum ad se uxorem dimittens fecit moechari, ut pura veneficam, vel homicidam, aut aliquid aliud constitutam dimittens, iustum excusationem habebit apud DEum. Potest autem et circa dimissionem propter alias causas facere vir, ut uxor eius moechetur, ut puta, qui supra mensuram permitsit uxorem suam agere quod velit, et in amicitiam descendere virorum, quorum vult: frequenter enim ex simplicitate virorum huiusmodi via via nutritiuntur in mulieribus. Item qui ablinet se a muliere sua, frequenter facit eam moechari, non adimplens auiditatem ipsius, forsitan spe irrationali sanctitatis et castitatis ductus: et forsitan iste amplius reprehensionis dignus, quam ille, qui quantum ad se facit eam moechari, dimittens, non quidem fornicantem, in beneficio autem vel in homicidio vel quibusunque aliis gravioribus peccatis inueniat. Quia enim ratione adultera est mulier, quamvis legitime nubere videatur viro viuente: eadem ratione et vir, quamvis legitime accipere videatur dimissam ab aliquo viro, non accipit legitime, secundum sententiam Christi, sed magis moecharatur, quasi alienam accipiens. Praeclera est ipius LAVNONIUS in hunc locum commentatio, censens, Originem hoc loco posuisse, quod ponendum necessario erat, Christum Dominum nihil aut dixisse aut fecisse, quod rectae rationi non conueniret. Deinde, ipsum hoc sibi sumere, marito licere uxorem dimittere, ut propter adulterium, sic et propter beneficium et homicidium etc. ob rationis paritatem. Denique ut vitetur iniqua juris dispositio, proponere Originem, Christum, Phariseis subdole et per insidias inter-

ro-

logantibus, rem exponendo respondisse, atque ex tribus illis vel aliis grauioribus aut aequo grauibus flagitiis nominasse adulterium, quippe quod contra finem matrimonii directe pugnat.

§. XVII. TERTULLIANVS quoque, qui circa ann. cxcii. floruit, in L. IV. contra Marcionem pro libertate diuortiorum non obseure pronunciat, cuius locum Cap. II. allegabimus. AVGUSTINVS, testimonis eius inter se collatis, videri posset sibi ipsi esse contrarius, nisi diversa spectentur tempora, quibus animum ad scribendum appulit, secundum quae aliquando nonnulla paulo aliter proposuisse, aut plane retractasse in curis secundis, censeri debet. Inter eius autem testimonia, quae non omnem libertatem diuortiorum abiudicant, insignis locus est in L. I. Retract. Cap. XI. Non quia omne peccatum fornicatio est. Neque enim omnem peccatorem perdit DEUS, qui quotidie sanctos suos exaudit, dicentes: dimitte nobis debita nostra, cum perdat omnem, qui fornicatur ab eo. Sed quatenus intelligenda atque limitanda sit haec fornicatio, et utrum etiam propter hanc (figurata et metaphorice acceptam) licet dimittere uxorem, latebrofissima quaestio est: Licere tamen propter istam, quae in stupris committitur, nulla quaestio est. Idem L. II. Retract. Cap. LVII. Scripti duos libros de adulteriis coniugis, quantum potui, secundum scripturas cupiens soluere difficillimam quaestionem: quod utrum enodatissime fecerim, nescio; imo vero non me peruenisse ad huius rei perfectionem sentio, quamvis multos sinus eius aperuerim: quod indicare poterit, quisquis intelligenter legit. Eodem modo fluctuat AVGUSTINVS de adulteriis coniugis Cap. XXV. In Libro autem I. de sermone Domini in monte paulo apertius loquitur: Propter illicitas, inquit, concupiscentias, non tantum quae in stupris cum alienis viris aut foeminis committuntur, sed omnino quaslibet, quae animam corpore male utentem a lege DEI aberrare faciunt,

ciunt, et perniciose turpiterque corrumpunt, potest sive criminis et vir uxorem dimittere, et uxor virum, quia exceptam facit Dominus causam fornicationis. **A GATHENSE CONCILIVM**, quod ann. D^r 1, celebratum est **Can. XXV.** ita loquitur: *H*i vero seculares, qui coniugale consortium culpa graviore dimittunt, vel etiam dimiserunt, et nullas causas dissidii probabiliter proponentes, propterea sua matrimonia dimittunt, ut aie illicita aut aliena praesumant: si antequam apud Episcopos comprouinciales dissidii causas dixerint, et prius uxores, quam iudicio damnentur, abiecerit, a communione ecclesiae et sancto populi coetu, pro eo, quod fidem et contingia maculant, excludatur. ap. **LAVNOIVMD.** c. 5. p. 477. Dilponit Canon ne propria autoritate, sed exposta apud Episcopos causa diuertia fiant, tantum abest, ut ad solum et unicum adulterium diuertendi licentiam restrinxerit, **GREGORII II.** qui ad ann. DCCXV. sedi Apostolicae praefuit, locum allegabimus infra **Cap. III.** vbi diuortium permittit propter *infirmitatem seu morbum*, qui impedit, quo minus uxor viro suo debitum poslit reddere. **Ad annum autem DCCLIV.** **STEPHANVS II.** constituit, lepram ad dissoluendum matrimonium sufficere, cuius locum itidem infra allegabimus. In **VERMERIENSI concilio,** quod sub **PIPINO** Rege in Gallia celebratum est ad annum DCCLI. sic habet **Can. V.** *S*i qua mulier mortem viri sui cum aliis hominibus consiliauit, et ipse vir ipsius hominem se defendendo occiderit, et hoc probare potest; ille vir potest uxorem suam dimittere, et si voluerit, aliam accipere. Aliae Synodi Imperatorum in his causis potestatem palam fuerunt professae. Ita **CAROLI M.** potestatem agnouit **Synodus ARELATENSIS** ann. DCCCXIII, habita: *H*aec igitur, inquit **Can.** eius concilii XXVI, (ad calcem) sub breuitate, quae emendatione digna perspeximus, quam breuissime adnotauimus, et Domino Imperatori praesentanda decrevimus, poscentes eius clementiam, atque si quid hic minus

gl

est, eius prudentia suppletur; si quid secus, quam se ratio
habet, eius iudicio emendetur; si quid rationabiliter taxatur
est, eius adiutorio, diuina opitulante clementia perficiatur.
v. LAVNOIVS de Regia in matrem. potest. P. II. art. II. c. 3.
p. 333. seq. et c. 9. p. 330. CONCILIVM MOGVNTIACVM
I. quod ann. DCC CX III. habitum est, Imperatorem sic al-
loquitur in praefatione: De his tamen omnibus valde indige-
mus vestro adiutorio atque sana doctrina, quae et nos ingitter
admoneat, et clementer erudit, quatenus ea, quae paucis sub-
ter perfrinximus capitulis, a vestra auctoritate fermentur; Si
tamen vestra pietas ita dignum esse iudicauerit, et quicquid
in eis emendatione dignum reperitur, vestra magnifica Im-
perialis dignitas iubeat emendare, ut ita emendata nobis
omnibus, et cunctis Christianae plebi ac posteris nostris pro-
ficiat ad vitam et salutem. apud LAVNOIVM d. P. II. art.
II. c. 9. p. 349. Fuerunt quoque Patres, qui vel tacite Impe-
ratorum in his rebus potestatem agnouerunt, et quamvis
contra diuortiorum licentiam, pro diuersitate opinandi scri-
psierunt, tamen professi sunt, consetudinem aliter se habe-
re. vid. BASILII M. locus apud SELDENVM de Vxor. Ebr.
L. III. c. 31. p. 446. et apud LAVNOIVM P. III. art. I. c. 5. p.
458. ZONARAE locum in Can. IX. ad Amphilochium exhib-
et idem LAVNOIVS d.l. p. 460. Sed haec nobis sufficiant,
qui plura Patrum et Conciliorum hanc in rem testimonia
nolumus cumulare, ne ultra terminos nobis praescriptos
exrefeat dissertatio nostra.

§. XIX. Ex his, quae dicta sunt, colligimus, vsq;
que ad tempora introducti in foro iuris canonici fluctuasse sus Inter Pa-
saltim patres, Canones, Synodosque an diuertia tantum ob
adulterium, an ob similes quoque et grauiores causas essent
concedenda, quia terminos regere inter virtutis praecepta
et iustitiae regulas supine neglexerant. Nonnulli enim, sicut
ipse quoque SALVATOR noster, de restricto diuortiorum
vsi iuxta leges virtutis et amoris coniugalis loquuntur; alii

Causa differen-
tia inter Pa-
tres de causis
diuortiorum.

ad iustitiae regulas respiciunt. Vnde non potuit non contradic̄tio et incerta opinionum series in Iure Pontificio de hac materia oriri. Postquam enim GRATIANVS Decretum suum ex Patrum sententiis et spuriis Isidori constitutio-

Hinc incerta sententiarum farrago in ius canonicum, et cum eo in go profluxit Herculis Gothurnos infantibus aptarent, h. e. secundum virrestricta nitutis Christianae regulas iudicarent homines, qui secundum iustitiae praecēpta vivere recusabant. Nobis Euangelistis, inquit B. LUTHERVS in Epist. ad Georg. Spalatinum 73. in supplēm. epist. a Buddeo editar. non est agendum cum pertinacib⁹, sed inter voluntarios, quietos et cupientes seu ignari doceret duci. Duros et obstipos a nostro foro mittimus ad Caesaris tribunal. conf. tota illa epistola. Cum autem ad hunc usque diem termini hi et limites adeo necessarii deprehendantur esse confusi aut saltim non satis solcite distincti, hinc orta in foris nostris illa nimium quantum restricta diuortiorum licentia, de qua in Cap. III. plura erit dicendi locus. Ex superioribus quoque patet ante tempora increbescenis Papatus Ius circa diuertia Principibus in dubium nunquam fuisse vocatum, quod postmodum inepta probris imo violente interpretandi ratione ad Clericorum forum pertractum esse deprehenditur. Quamuis autem nobis hodie adeo felicibus esse contingat, ut excusso post reformationem iugō Papali, Principes nostri iustos ciuilis imperii terminos quasi postliminic recuperauerint: mirandum tamen est, etiamnum hodie ex Protestantibus reperiri tantum non omnes, qui ius determinandi causas diuortiorum Principi Euangelico abiudicare conantur.

Causae, cur post reformatio- rit, cum solo velut LUTHERO totum reformationis negotiū do-tium et initia et incrementa, simulque finem suum esse con- strina de di- fectum; adeo enim, qui post LUTHERVM exticerunt, uortiis non THEO-

THEOLOGI pariter ac I C T I , reliquarum papalium vinculis ligati , residua doctrinae papalis documenta emendare et opus a L V T H E R O coeptum perficere supine neglexerunt , ut reiecta tantum hypothesi , de *sacramento matrimonii* , plerasque inde fluentes conclusiones Protestantes retinuisse , confidenter autem affirmare . Ipse quoque L V T H E R V S , qui conclusiones nonnullas aggredi sustinuerat , ab *intrinsecis suis hostibus* (sic I C T O S sui temporis appellat epist. 251. in *supplem. a Budeo editis.*) non parum fuit inreformanda doctrina causarum matrimonialium impeditus . Etenim legimus apud SECKENDORFIVM in *histor. Lutheranissimi Lib. III. scđ. 32. S. 126.* item ipsi fuisse cum I C T I S sui temporis de sponsalibus clandestinis , eorumque validitate , quea etiam ad publicas querelas peruenit . L V T H E R V S sponsalia absque parentum consensu inita ipso iure nulla et inualida esse recte opinabatur ; I C T I contra ex errore principio iuris canonici , quasi *vinculum diuinum* subeslet sponsalibus , haud iterum dissoluendum , L V T H E R O se opposuerunt . Qua re grauiter contristatus L V T H E R V S , ad SPALATINVM ann. 1544. ita scribit : *Ego tibi fateor, in hoc anno sic me esse acceptum, ut in visa mea et in tota causa Euangelii nunquam fuerim perturbator.* Oritur enim mihi cum Iuristis negotium acerrimum , de clandestinis sponsalibus . Et quos speraueram fidos Euangelii amicos , experior hostes acerrimos . Et post pauca: intrinseci hostes plus nocent , quam externi , ut *Judaens inter Apostolos.* Sed *vicit crucifixus , et perit crucifixor.* Deinde , quamuis L V T H E R V S quaestionem cardinalem et praejudicialem , an matrimonium sit ciuale negotium , in libro , quem de coniugio scripsérat , tum et alibi haud obscure affirmauerat , yix pauci tamen reperti sunt post L V T H E R V M tot seculis , qui eandem canere cantilenam ausi fuerint , adeo ut cum superiori seculo Autor Pseudonymus in famoso scripto , cui titulus : *Ohnpartheyische gewissenhaftte*

26 CAPVT II. QVAESTIONES QVASDAM

Betrachtung vom S. Ehesstand / Ehebruch / Ehescheidung und
Ehelieberey &c. eandem dicere sententiam sustinuerat, dici
vix posit, quantas querelas quantasue turbas mouerit hoc
scriptum inter eos imprimis, qui ab orthodoxa fide no-
men sibi imponunt. Denique perspexerat LUTHERVS in
allegato libro, causas matrimoniales magistratus ciuilis imperio et curae subiectas, ex iure Pontificio haud esse de-
cidendas, quo ipso tamen irritauit ICCTOS, quos vehe-
menter ostenderat, querentes, ius canonicum sibi eripi e
manibus. Excell. Dn. BOEHMER Patronus et Praeceptor
noster honoratissimus in *Jure Ecclesiastico Protestantium L.*
I. Tit. 2. §. 6. Et quamvis re ad Electorem delata, is pecu-
liari rescripto d. 8. Jan. 1577. praeceperit: *Vt de his, quae*
*controversa et dubia essent, speciatim in causis matrimonia-
libus, Theologi et ICCTI amice conferrent, et absque detri-
mento doctrinae christianaee, a Lutheru propostae, concorda-
rent, post habitis legibus Poniticiis etc.* tamen cum Elector
manum operi haud admoueret, nec publica lege ius Pon-
tificium damnaret, non potuit non propositum felici care-
re euentu. Quibus omnibus sedulo perpensis, liquidum ma-
nifestumque est, post reformationem doctrinam quoque
de diuoriis a reliquiis Papistis purgatam et reformatam
haud suisse.

CAPVT II.
Quaestiones quasdam praeiudiciales ex-
aminans.

§. I.

Examinantur
quaestiones
praeiudicia-
les duas.

Hodie duas potissimum licet obseruare sententias in-
ter Doctores, velut praeiudiciales, quae iuri Prin-
cipis Euangelici circa diuertia sunt contrariae.
Vna

Vna est illorum, qui legibus diuinis positivis uniuersalibus locum relinquunt; altera eorum, qui reliquis Papismi in hac materia adhucdum indulgent, ac coniugia ciuium diuina quadam sanctioне a cura Principum exemta esse profitentur. De vtraque videamus.

§. II. Ius diuinum posituum uniuersale; esse Prima, de lita
dicunt, quod D. O. M. primaevis fidelibus tantum re diuino po-
ex legislatione reuelauit, ut tamen omnes omnino gentes obligare debeat. Huius caracheres ac notae hae val-
gente perhibentur. 1) Si lex aliqua ante foedus cum Abra-
hamo a Deo lata fuerit, v.gr. homicidii dolosi poena capi-
talis. 2) Si in libris Mosaicis alicui legi eiusmodi declara-
tio fuerit adiecta, quod DEus gentes ob eius transgresio-
nem puniuerit et profligauerit, quo pertinet prohibitio in-
cestus, *Leu. XXX.* 3) Si lex Mosaica in nouo foederis repetita
esse legatur, vt prohibitio polygamiae et diuortii, *Matth. c.
V. et XIX. 3.*

§. III. Verumenim vero, si dicendum, quod res Quod relef-
est, non videtur posse concipi, qua ratione DEus leges citur rationi-
tulerit positivas, quae omnes omnino homines obligatu-
ras essent, quamvis ab omnibus exacte intelligi aut cognosci non potuerint. Non modicam contradictionem in-
voluit, posituum esse, et tamen obligationem producere uniuersalem. Principium cognoscendi harum legum non est recta ratio, quale debet esse in legibus vniuersalibus, vt-
pote quod principium omnibus est commune, sed est legis-
ratio positiva seu reuelatio, eaque imprimis Judaeis facta. Vnde igitur aliis gentibus de tenore earum constare potuit, quibus non est facta reuelatio? Sola ne traditione? Sed illa fallax est et incerta, idque tum ob labilem hominum memoriam, tum ob affectus eorundem et passiones, humanaeque depravationem naturae, quae uti scripturam affrodere et corrumpere audet, ita multo magis verbales traditiones detorquet in

D 2 alie-

alienum sensum. Vnde sua sponte fluit, eam ex intentione DEi non posse esse medium securum propagandi leges vniuersales.

Diuortia an iure diuino positivo vniuersali sint prohibita? re-gatur, ratio-nibus.

§. IV. Sed ut de diuortiis in specie dispiciamus, eorum prohibitionem iuris diuinivniuersalis positivi esse, probant harum legum fabricatores ex primaeva matrimonii institutione Gen. I. et II. Propterea deseret homo patrem et matrem et adglutiabitur uxori suae et erunt duo in una carnem. Quam ipsam institutionem vim legis habere, persuasissimum habent, quamvis probare vix audeant. Cumque eadem in novo foedere repetita sit, nihil deesse videbatur, quo minus diuortiorum prohibitio ad leges diuinas vniuersales positivas referatur. Nos ut distinctim respondeamus, 1) ex primaeva institutione legis euinci efficaciam cum ratione haud posse existimamus. Alias inde sequeretur, hominibus quoque alias circumstantias, quae in primaeva institutione adsuerunt, per modum legis esse obseruandas, v. gr. quod Protoplasti nudi fuerint, quod institutio facta fuerit sub dio, a DEO ipso, sine sacerdotis interventu, sine pacto matrimoniali, sine consensu et praesentia parentum et cognitorum, sine hospitibus, sine musica, sine cibo et potu, sine arrha et annulis etc. quae singula, si hodie in matrimonii vellemus obseruare, non solum foremus ridiculi, sed et peccaremus in quibusdam aduersus dictamen rectae rationis. Ill. Dn. THOMAS IV^s, Patronus, Praeceptor noster venerandus Inst. Jurispr. din. Lib. III. c. III. §. 77. et in Cautelis circa Jurispr. Eccles. C. 5. §. 13. lit. m. in not. 2) In textibus veteris et noui foederis nihil deprehenditur, quod legibus positiviis vniuersalibus patrocinetur, aut Principum Euangelicorum iuri circa diuertia deroget. Tantum enim ibi natura matrimonii explicatur iuxta regulas virtutis conjugalis, vnde Saluator Christus, iam, inquit, non sunt duo, sed una caro; et quod Deus copulauit, homo ne separet v. Matth. XIX, 32. Marc. X, 4. seq. Luc. XVI, 18. Quibus verbis

bis omnino indicatur arctissima societas, quam temere dissoluī neque decorum humano generi neque utile fuit. Inde tamen non sequitur, eam societatem non posse dissoluī ex causis matrimonii naturam et finem subvertentibus. Sic ut non sequitur: DEus coniuges coniunxit, ergo ratione est in arbitrio hominum, quis cui coniungi velit? aut non debet pactum inter coniungendos intercedere. Quis potius ex hoc ipso firmiter concludit Miltonus? DEus coniunxit homines, interueniente pacto, igitur ipsos non vult dirimi, nisi pactum illud fuerit violatum. Praeclare PETRS SOTVS apud LAVNOIVM de regia in matrim. potest. P. I. art. 1. c. 6. ad haec verba ediflerit: DEus per causas naturales et ordinatas humanos contractus perficit, i. e. auctoritate legum, sicut naturales res per causas naturales. Non itaque DEV'S coniunxit, quod contra iustas leges humanas coniungitur. Hoc dicimus, quoniam iuris multis visum est, non esse potestatis secularium legum matrimonium nullum reddere, addo, aut dissoluere, sed tantum Ecclesiasticarum. Mirandum sane est, JCTros Protestantes, magis coecutire in hac materia, quam ipsos Pontificios. Ceterum illud certum est, si in primaeua virtute coniugali perfrissent homines, aut adhuc dum subsisterent hodie, nullum sine dubio diuortiū futurum esse locum, quia mala omnia, vnde diuertia fiunt, abiis exularent. Quare recte celeberrimi Observatores Hallenses Obseru. XXVI. Tom. V. §. 46. 48. patriarchas existimauerunt sponte ac virtutis amore a diuortiis abstinuisse, quia perfexerant, melius esse, si obseruent, quae communiter ad leges connubiales referuntur, quam si diuersos mores sequerentur; plerumque enim libidinem indicant diuertia, si fiunt ea intentione, vt alia ducatur; aut imprudentiam, si ob mores peruersos fiunt, quod non satis circumspectus quis fuerit in feligenda persona. At enim vero, vbi post lapsum peccatum introductum est in mundum, manent quidem regulae virtutis et amoris con-

30 CAPUT II. QVAESTIONES QVASDAM

iugalis, homines autem, qui affectibus indulgent, hodie secundum has regulas in foro externo vbiique dijudicari nequeunt. Vnde quoque CHRISTVS diuinae veritatis restaurator regulae subiungit exceptionem, *εἰ μὴ ἐτὸ πονεῖας Matth. XIX, 9.* de qua in sequentibus plura dicendi locus erit.

Gentium morib.
ribus,

S. V. Neque gentium mores ab his, quae diximus, alieni vniquam fuerunt, sed eorum institutis variae divertendi causae admissae, et diuortiorum cura non aliter, quam ceterarum rerum ciuilium reipl. fuit permissa, vt Cap. I. huius dissertationis probauimus. Quemadmodum autem GROTIUS ex gentium moribus iuris naturalis regulas velut a posteriori probat: ita recte quoque nos facturos existimo, si ex iisdem gentium moribus vniuersalem diuortiorum prohibitionem a posteriori conuellamus.

Altera quae.
stio praeudi-
cionalis. An ma-
trimonium sit
negotium ci-
vile, et huma-
num.

S. VI. Principum Euangelicorum iuri circa diuertia contraria quoque sunt, qui Papizantium opinionem in hac materia subscribunt, et quamvis sacramentum non presse appellent matrimonium, tamen nec pro ciuili contractu aut humano negotio venditare audent, sed divina quadam sanctione id a Principum cura exemptum esse existimant, et in regula manent: *matrimonia esse indissolubilia.* Ad hos refutandos eximiā operam contulerunt, qui de reliquis sacramenti in matrimonialibus professa opera commentati sunt, Beatus Jo. SAM. STRYK. de reliquis sacram. in matrim. Excell. Dn. BOEHMER Praeceptor et Patronus noster venerandus in Schiltero Illustr. Lib. II. Tit. XI. Ita scilicet comparatum est cum natura generis humani. Aegre deponuntur errores, et postquam id, quod maxime crassum et palpabile fuit in errore, reiectum esse reprehenditur, remanent tamen saepe eius conclusiones, sub specie quandoque pia, aut diuerſa paulo appellanditate palliatae ac colore tintæ. Idem in erroneo conceptu matrimonii nobis obuenit. Reieccrunt nostrates Theologi ad vnum omnes sacramentum matrimonii. Sed

vt



vt coniugium pro negotio prorsus humano et potestatis
civilis curae subiecto haberent , propter inueteratum
errorem vix a se impetrare potuerunt , quo ipso funda-
mentum erroris intactum reliquerunt . Vnde GERHAR-
DVS loc. Theol. tom. 7. p. 54. vbi aduersus sacramentum
matrimonii disputat , eo ipse dilabitur , vnde diuerterat , et
putat generali significatu coniugium *sacramentum dici pos-*
se. Reliqui nomine sacramenti quidem abstinent , Theolo-
gi pariter ac ICti , sed coniugium tamen ob pias quasdam
ratiunculas ciuilibus negotiis haud posse acceneri aperte
profiterentur . CAR PZ. Iprud. Eccl. Lib. 2. d. 1. n. 16. seqq.
FINCKELTHAVS. de Jure Patronatus c. 4. n. 16. Quemad-
modum autem supra laudati Autores celeberrimi reli-
quias Papismi ex doctrina de sacramento matrimonii, in
scholis et foris Protestantium adhuc dum hodie obvias, fe-
liciter detexerunt : ita nobis tantum fundamentum horum
errorum erit tangendum , et hoc imprimis solide proban-
dum , matrimonium *in se et sui natura nihil aliud*
esse , quam negotium ciuale humanum , unde nec aliter
considerari debet in foro , quam ut contradicatur curae
Principis relictus , ad decorum et emolumentum reipu-
blicae.

§. VII. Nos ad probandam thesim nostram hoc Probatur 182
utimur argumento : quodcunque negotium fit auctibus tio[n]ibus,
externis , mediis externis , ad finem ext[er]num , illud est
ciuale , humanum ; non diuinum , non spirituale . Iam videa-
mus de matrimonio . Initur consensu mutuo , de re in po-
testate contrahentium posita , et quidem mere externa , sc.
individua vitae consuetudine , ad finem ext[er]num , sc. fo-
bolis procreationem et mutuum adiutorium , omnisque
commodi et incommodi participationem , et ultimo ad
promouendam temporalem tam propriam , quam reipu-
blicae felicitatem . Haec omnia , annon sunt mere ciuilia ,
183

32 CAPVT II. QVAESTIONES QVASDAM

Respondetur
objectionibus
1) ciuilista-
rum.

annon mere externa, foro humano subiacentia? B. Dn. Jo.
SAM. d. Diff. c. 2. §. 5. Coecus profecto sit oportet, qui
consequentiam non animaduertat. Neque responsione in-
diger quorundam ciuilistarum argumentum, matrimonium
non esse negotium ciuale, quod eius obiectum non sit res
in commercium veniens. Vtique enim publice non expo-
nuntur promercales virgines, nec nostris moribus in foro
de earundem ludi solet corio, Interim sicut alia quoque sunt
negotia ciuilia bene multa, quae publice non solentesse venalia,
v. c. officia publica, ita eadem ratione materia matrimonialis ci-
uialis erit, h.e. in commercio ciuium et sub cura magistratus ci-
uialis posita, imprimis, cum ambitus hic in precio habeatur,
nec pro Simoniaco reputetur, qui proxenetam agit.

2) de divina
matrimonii
institutione,

§. IIX. Verum, ut pio quodam colore tingant er-
roneam opinionem, prouocant ad *diuinam matrimonii ori-*
ginem et primaenam eius institutionem, unde diuinitatem
aliquam seu sanctitatem eidem conciliari posse putant. Ast
in iis, quae diuinae sunt originis, haec inest differentia, ut
quaedam sine medio a DEO prouenant, eaque propterea in
maiori sint veneratione; quaedam autem mediatis causis
secundis quotidie producuntur, ac proinde in tanta dignita-
tione non sint. Neutra vero tanquam essentialiter diuina
aut spiritualia ab origine reputari poterunt. Ex quo illud
sequitur, matrimonium Protoplastorum, imprimis quantum
in primaeua sua perfectione perficit, tanquam quoddam
DEI opus immediatum et omnibus numeris absolutum, di-
uinae originis imaginem magis praese tulisse, quam que ho-
die contrahuntur coniugia, ab hominibus inconsideratis,
amoris oestro abreptis, et affectibus suis nimium indulgenti-
bus. Quodsi autem ea omnia, quae diuinae sunt institutio-
nis, diuina, sacra, aut spiritualia appellanda essent, facile
relaberebimus in turpissimam gentilium superstitionem, qui
omnia sempiterni DEI opera, tanquam diuina veneraban-
tur colebantque. Quin quod hoc ipso augeretur spiritu-
alium



alium rerum diuinarumque numerus, ad quas imperii ciuilis maiestas, templorum structura, s̄obolis procreatio, imperium in bruta animantia, et tota denique vniuersi huius machina aliaque infinita forent referenda. Quod autem, vulgo dicunt, *sub matrimonio unionem CHRISTI cum Ecclesia* 3) de typice re praesentari, Ephes. V. et inde rem esse spiritualom, parum roborishabet, nam et sub agro, semine, aliisque plurimis rebus terrenis adumbratur regnum CHRISTI, quibus nulla ratione qualitas quedam spiritualis adscribi potest. Quotiens enim sub scheinate quodam corporali re praesentatur res aliqua spiritualis, propterea schema et imago non est ipsa res spiritualis, sicut umbra non est corpus ipsum. conf. CALIXTVS dissert. de coniugio et diuort. §. 26.

§. X. An propterea matrimonia Christianorum diuina aut sancta dici mereantur, quod intra terminos continentiae coniugalis unus cum una coeant, et quod liborum educatio in veritate verbi diuini fiat, ad quod gratia sancti Spiritus requiritur? 4) in specie de matrimonii christianorum. querunt et affirmant nonnulli, quibus tamen facile potest satis fieri. Nam et apud gentiles quosdam monogamiae sunt et fuerunt in precio, quas tamen propterea res spirituales aut diuinias nemo dixerit. In se actus coniugalis, siue cum una vxore, siue cum pluribus fiat, ita est comparatus, ut nihil, quod spirituale sit, aut diuinum inuoluat. Ut liberos Parentes educent, in veritate, quam ipsi agnoscunt et profiterentur, ad officia parentum erga liberos pertinet, nihil tamen infert, quod sanctum sit aut diuinum, alias enim iterum in infinitum augeretur rerum diuinarum numerus.

§. XI. Denique nec propter benedictionem sacerdotalem, quae solet illi adhiberi, matrimonium plus quam ciuile negotium dici merebitur. Nam sicut omnia negotia humana cum DEO et votiis precibus auspicari fas est; ita multo magis decens erit piumque, coniugalem societatem sic initiare, ut vel ipsa hac pia ecclesiae ceremonia, de-

coris et christiani ordinis gratia introducta, illa a vago concubitu et concubinatu distingui possit. Quo ipso tamen nihil induit societas coniugalis, quod e numero humatorum negotiorum eam eximat, rebusque diuinis adscribat. CALIXTVS *dissert.* de coniugio et diuortio §. 25. Vnde quamvis ipfis iam olim Iudaeis aliqua hierologia in vsu fuerit, vt prolixo docet CARPZOVIVS *Dissert. de Chuppa Hebraor.* et ab his in ecclesiam CHRISTI cum aliis ritibus recepta esse videatur, vti sibi persuasit GROTIUS ad Matth. Cap. XXVI. Imo quamvis etiam plurimi e patribus ecclesiasticis ante et post seculum IV. eiusdem faciant mentionem, vid. IGNATIVS in Epistola ad Polycarpum (simodo illa genuina diei meretur) TERTULLIANVS in libr. de pudicitia. CLEMENS ALEXANDRINVS, AMBROSIVS et BASILIVS, quorum loca collegit GROTIUS l. c. et TOBIAS PFANNER P. 2. *Obseru.* Eccles. c. 7. conf. HENR. CHRISTOPH. HOCHMANN. in singulari hac de re *Dissert.* Notanter tamen dixi, aliquam saltim hierologiam seu benedictionem illis seculis fuisse in vsu, nam ea, quae hodie celebratur a sacerdotibus in facie ecclesiae. Papatui originem suam debet, vt prolixo docet Beatus Dn. Jo. SAM. STRYK. de reliquiis sacramenti in matrimonialibus c. 3. Apposite SELDENVS L. II. *Vxor.* Ebr. cap. 27. p. 208. Sub initio Christianismi, quotquot Judacos imitarentur, sacros ministros, ut nuptiis necessarios, non adhibuisse, certum est. Verum tamen, cum benedictiones, quae sacrorum genus est, adhiberi nuptiis solitae sint ab Iudaeis, aique sacra itidem a Paganis, interdum etiam ipsi Antiflites sacri, ut in confarreatione, aliterque, usum tandem est, etiam Christianis, non sine sacrorum aliquo Antiflite, qui velut contractum sponsalium consecraret, benedicerebatque, nuptias celebrandas. Quod tamen nec passim pariter, nec semper obtinuit. Deinde quoque probari haud potest, illis seculis existimatum fuisse, hac ipsa qualicunque hierogia

gia matrimonium, amissa veteri natura, migrare in speciem negotii diuini aut spiritualis. Vnde quoque illis seculis adeo non fuit necessaria, ut ea omissa, matrimonium pro rato haud fuerit habitum. Nam quoties in ipso seculo Justiniianeo de legitimo matrimonio quaeritur, ad id nihil amplius requiri legimus, praeterquam nuptialis instrumenta, quippe quae cum pro solennitate obtinuerunt, et legitimura matrimonium a concubinatu aliquo yago concubitu distinxerunt. Neque nobis obstat *Nou. LXXIV. c. 4.* ybi dicitur, accedere debere coniuges ad quandam orationis domum, et rem communicare sanctissimae illius ecclesiae defensori, qui tres aut quatuor Clericorum adhibens, attestacionem confidere debeat: Nam 1) quod ibi de defensore ecclesiae dicitur, de Aduocato eius seu Patrono intelligendum, non de ministro sacro. 2) Nec clerici adhibiti iubentur copulare coniuges, sed 3) nuda attestatio ab iis desideratur. Et quamvis 4) clerici adhibiti ex decoro Christiano et tenore personae, quam gerebant, benedixerint conjugibus, hoc tamen non factum ex dispositione et iuris necessitate; quinimo 5) Ipse JUSTINIANVS digniores personas, tum et infimae conditionis homines expresse excipit, et denique 6) in eo casu, quo dotalia instrumenta fuerunt composita, hanc solemnitatem profusus remittit, his verbis: haec autem dicimus, ybi non dotis, aut ante nuptialis donationis fit documentum. Item in verbis: fidem in solis testibus suspectam habentes ad praesentem deuenimus dispositionem. Longe autem post, et quidem in Oriente, LEONIS tempore, h. e. circa ann. DCCC, prima constitutio fuit promulgata, de adhibenda in matrimonii benedictione sacerdotali, ceu docet rubrica *Nou. 89.* Ne matrimonia citra iam receptam benedictionem confirmantur, quae ipsa ab ALEXIO COMENO renouata, atque sic continuo ysu in Oriente obseruata fuit. In Occidente per Constitutionem EVARISTI Pontificis, aut Evaristo saltim tri-

36 CAPVT II. QVAESTIONES QVASDAN

butam, ac in capitula CAROLI M. et LDOVICI Cae-
sarum relatam benedictionis sacerdotalis usus vim legis ob-
tinuit, ita ut matrimonium, ea non adhibita, pro rato non
fuerit habitum, quod ipsum ad nostra usque tempora con-
tinuo fuit obseruatum. vid. omn. SELDENVS de uxor.

Ebr. Lib. II. c. 28. 29.

Hactenus di-
cta confir-
mantur testi-
moniis Theo-
logorum IC-
LUTHERI Profe-
stantium.

s. XII. Ne autem haec, quae latius hoc capite
a nobis dicta sunt, citra autoritatem, aut contra receptam
fidei formulam dixisse videar, prouoco ad testimonium B.
LVTHERI, qui matrimonium ad causas ciuilis, magistra-
torum imperio determinandas, expressis verbis refert, in li-
bro von Ehe Sachen Tom. V. Jenens. p. 237. vbi in praefat.
ita loquitur: Ich wehre mich fast / russi und schreye /
man solle solche Sachen der weltlichen Obrigkeit lassen. Es
kan ja niemand laugnen/ dass die Ehe ein auferlich welt-
lich Ding ist/ wie Kleider und Speise/ Haus und Hoff/
weltlicher Obrigkeit unterworfen. Et post pauca: Darum
will ich schlecht hin mit solchen unverworren seyn/ und bitte je-
derman/ er wolle mich damit zufrieden lassen. Hast du nicht
Ober-Herren/ so hast du Official. etc. Mir grauet auch NB.
fur dem Exempel des Pabsts / welcher auch sich am ersten in
diss Spiel gemenget/ und solche weltliche Sachen zu sich
gerissen hat/ bis so lange/ dass er ein lauter Welt-Herr
uber Käyser und Könige worden. Also besorge ich mich auch/
der Hund möchte an den Läpplein lernen Ledern fressen / und
mit guter Meinung verfuhrer werden/ bis wir zulekt aus dem
Evangelio fallen in eitel weltliche Händel. IDEM in epist.
193. supplem. a Dn. BVDDEO editor. ita seribit; Quan-
quam scis, nos coniugii causas (hactenus desertas a ma-
gistratu) necessitate a nobis esse susceptas. Nunc autem
publico libro ad magistratos esse reseptas etc. Nec satis
mirari potest CALIXTUS in dissert. de coniugio et dinort.
§. 24. esse etiam inter Protestantes, qui coniugium contra-
ctum ciuilem esse negant. Eodem sere modo loquitur III.
Dn.

Dn. COCCLEVS in Dissert. de matrimonio momentario in prolegom. §. I. *Jus nostrum*, inquit, *civile*, *negotium hoc matrimoniale respexit tanquam maxime civile*, *ut quoque in se et sua natura est*, nec *ullum inter matrimonium et altud quoddam negotium*, *in vita civili occurrens verum subest discrimen*, *multo minus quicquam spirituale habet*. Ast *ius canonicum*, cum Pontifices causis hisce matrimonialibus ad ecclesiasticum forum pertransitis, *sibi cleroque suo multum lucri accessorum non vane coniicerent*, *matrimonium pro sacramento venditare sustinente*. Idem professa opera exequitur, quem superiore Cap. §. 19. allegauimus, autor pseudonymus in famoso scripto: *Ohnpartheische und gewissenhasste Betrachtung vom Z. Ehestand / Ehebruch / Ehescheidung und Vielweiberey* quod anno 1672. prodiit. Denique excellentissimus LUDOVICI in *dissert. de Jure in caus. Princip. Prot. matrimon. §. 12.* huic quoque sententiae subscribit, et, *nihilominus*, inquit, *quantum ad formam et substantiam matrimonii, quae in consensu et contractu perpetuae cohabitationis consistit, aut quae de eo sunt iudicia, spectat, pro spiritualibus haberi nequeunt causae matrimoniales, sed ut reliqui contractus ad seculares erunt referendae*. conf. HOTTOmannVS Conf. 108. n. 2. MINDANVS de processu Lib. 1. c. 10. n. 1. in fin. MEVIVS ad *Jus Lubec.* Lib. I. 4. n. 39.

CAPVT III.

De iure Principis euangelici circa diuortia.

§. I.

EX asserta superiore Capite thesi, *matrimonium in se formatur nihil aliud esse, quam negotium civile, sua sponte illud sicut, quod principaliter hac in dissertatione*

E 3

ne



ne erat ventilandum: *Quemadmodum ad curam reipublicae spectat, prouidere, ne promiscua diu ortiorum licentia reipublicae detrimentum adferat: ita in eiusdem possumus esse arbitrio, causas determinare, quibus diuertire liceat, aliasque praeter adulterium et malitiosam desertionem admittere, causa tamen in iudicio cognita.* Vtrumque enim in reipublicae utilitatem et tranquillitatem cedere videbatur. Sicut igitur olim propter arbitriariam diuertendi, quae inualuerat, licentiam, consultius visum fuit legislatoribus, diuortiorum caulas refringere, irahodie, vbi omne diuortium ad unicam velut adulterii causam est redactum, principi interdictum non est, diuertendi licentiam paulo ampliare, et, latis legibus, ad iustos redigere terminos. Commune sane hoc est omnibus negotiis ciuilibus, vt pro temporum varietate hominumque conditione, nunc sic nunc aliter ineantur; nunci facilius nunc iterum difficilis irritentur; nunc his, nunc aliis cautionibus rata, firma, valida; nunc inualida, irrita, nulla efficiantur, quo hac ipsa prudenti legis determinatione finis reipublicae eo facilius obtineatur. Non enim ignoras, inquit AGELLIUS Lib. 20. Noct. Attic. c. 1. legum opportunitates et medelas pro temporum moribus et pro rerum publicarum generibus, ac pro utilitatum praesentium rationibus, proque vitiorum, quibus medendum est, feruoribus mutari atque fleti, negue uno statu confondere. Sicut itaque oportet esse magistratum, qui aliis contractibus leges praescribat; ita quoque eius requiritur officium, vt contractum matrimoniale latis legibus regar et determinet, idque tanto magis, quanto plus commodi, si bene; et quanto plus incommodi, si male ineantur, ex hoc contractu ad hominum societatem manare solet. Maxima sane pars politicae societatis ex matrimoniis constat, proinde Princeps quoque imprimis circa hoc caput legibus prospiceret debet, tum, vt impedimenta, quae publicae utilitati

ti obstant in matrimonii, sanciat, tum, ut quae contra vtilitatem reipublicae contracta sunt, ea iterum dissoluat. In dubio enim tanta competere praesumitur Principi potestas, quanta sufficit ad obtinendum reipublicae finem, i.e. tranquillitatem internam et externam.

S. II. Ipsa histotia Hebraeorum aliarumque gentium comprobat, quantam confusione, quantumue detrimentum patiatur respublica ex nimia extensione diuortiorum, quae vbi in arbitrio ciuium erant posita, etiam ob leuisimas causas, pro vulgi ingenii, nunc diuertebatur ab vxore et alia ducebatur, mox vbi haec displicere coepisset, huic quoque nuncius mittebatur, admissa iterum in thorum priore, aut ducta tertia. Sed etiam illud ex historia Papatus constat, quam male prospexit societati humani generis fuerit, introducendo in ecclesiam et male explico dogmate: *matrimonia esse indissolubilia.* Nam postquam hoc modo Theologorum scholis fere vnicce recta esset doctrina de diuortiorum licentia, contigit, ut in alterum extremum impingerent, et quae grata debebat esse cum thori socia matrimonialis consuetudo, ea saepe cum pessima thori violarice et hostie, cum perpetua animi disensione, cum rubore et miseria erat transfigenda. Vnde nihil superest, quam ut Princeps inter haec duo extrema medianam incedat viam, ac, tum ne arbitriaria fiant diuortia, prouideat, tum quoque, ne optimo etiam coniugi, infelici matrimonio cum perpetua animi aegritudine, esset immoriendum aliquas, easque *graues causas* determinet, ob quas diuertere ab vxore vel marito cuique liberum esset. Cur autem Principis Euangelici tantum mentionem fecerim in dissertationis rubro, ratio in aprico est, quia Catholici qui dicuntur, secundum suae religionis principia, causas aegritudini matrimoniales pro spiritualibus habent easque supremo Pontifici determinandas relinquunt. Et quamvis Principum potestatem eousque agnoscant nonnulli, ut eos impedimenta

Arbitriata diuortiorum licentia reipbl. damosa.

Sed et nimis restricta eo runderem licentia.

Media tutissima via.

Cur tantum Principis Euangelici facta mentio.

menta determinare posse profiteantur, quibus illegitime coalita matrimonia retro nulla declarari possint, quod ipsum professa opera executus est, quem *primo Capite* saepius laudauimus, doctissimus Jo. LAVNOIVS in libro *de regia in matrim. potestate*; vbi tamen nulla legibus sunt posita matrimonis impedimenta, vix quisquam esse Catholicis Theologis pariter et JCTis, qui audeat asserere, infelix matrimonium a Principe dissolui posse: tum quia coniugium pro *absolute indissolubili* habent, tum quia Pontifici cauſas matrimoniales relinquunt.

Refellitur obieſtio 1) ab exemplo Iudeorum proprio ausum, fieres eicentium.

§. III. Quando autem diximus, diuortia priuatorum arbitrio haud esse relinquenda in ciuitate, 1) objiciunt nobis nonnulli exemplum Abrahae, Hagaram sine iudicio, priuato arbitrio ejicientis, tum quoque Iudeorum licentiam, priuato ausu dimittendi vxores, dato libello repudii. Quod autem Iudeis licuit, idem multo magis poterunt Christiani, quos minus onerandos esse legis iugum pronunciat Apostolus *Act. XV. vers. 10.* Sed facilis est ad haec responsio. Abrahāi repudium est factum, extra rempublicam degentis, vbi judicis copia non datur, quamuis nec priuato ausu, sed iubente D^O fuerit expulsa Hagar. Deinde nec senatum prorsus exclusum fuisse in republica Hebraeorum, in cauſis diuortiorum, vel ex eo patet, quod si maritus vellet vxorem ejicere denegato ipsi libello repudii, vxor in foro agere posset, ut sibi dari return a marito repudii libellus. Supra quoque ex SEDENO obſeruauimus, vxoribus fuisse licitum in foro agere, quo mariti ipsas cum dote dimittrent. Et quemadmodum cauſae matrimoniales in genere ad utrumque Iudeorum Synedrium referebantur; vid. CYPRAEI *iudicium de iudice in cauſis matrimon. competente apud DEDECKEN P. III, Consil. p. s. sq.* ita quoque, quae circa diuortia oriebantur litiges, coram eodem iudicio definiendas fuisse, tuto licet colligere.

§. III.

§. IV. Porro Principem seu magistratum politicum in causis diuortiorum competenter iudicem esse ideo (II) negant plurimi, quod causae matrimoniales, etiam apud Pro. causas matri-
 testantes ad ecclesiasticas referantur, quarum decisio po- moniales ad ecclesiasticas
 tissimum ex sacris literis petenda, adeoque THEOLOGIS referri adeo-
 relinquenda esse videantur. Nos causas matrimoniales nihil que ad magis-
 habere, quod spirituale aut ecclesiasticum sit, superiori stratum poli-
 capite fuisse demonstrauimus. Nec leges Moysaicas circa tunc haud
 connubia uniuersales esse, quae in omnibus nos Christia- pertinere,
 ons, aeque ut Iudeos stante republica, obligent, eodem ca-
 pite dictum. Reliqua vero, quae vel a CHRISTO, vel
 ab Apostolis circa diuortiorum usum in sacris literis sunt
 consignata, non leges esse proprie sic dictas, sed virtutis
 et pietatis praecepta, quae in foro externo non semper pos-
 sint in usum deduci, mox latius sumus demonstraturi. Il-
 lud autem, quod dicitur, causas ecclesiasticas ad magistra-
 tum ciuilium non pertinere, manifesto inter reliquias Papa-
 tus erit referendum, qui hoc imprimis principio dominatum
 et iurisdictionem suam latius extendit. Nam si vel maxime
 largiamur dissentientibus, causas ecclesiasticas ex sacris tan-
 tum literis esse decidendas, num earum lectione aut intellectu
 velut indigni erunt censendi Laici? Annon sacram scri-
 pturam serutari omnibus hominibus injungitur? An Laici
 sunt denegata χαρισμata Spiritus S.? Rom. XII, 2,
 Eph. V, 10. Philipp. I, 9, 10. 1. Thess. V, 20. 21. 1. Joh.
 IV, 1. Conf. B. DIN. JO. SAM. STRYK. de reliquis sa-
 cramentis in matrim. Cap. I, §. 2. In sacris quoque literis
 de usuris, de militia, de obedientia Principi praestanta,
 de darda contributione, de contractibus, de fide seruan-
 da, de delictis, et id genus alii quaestionibus ciuilibus
 disponitum; an igitur et has ad forum suum pertrahent
 Clerici et causis ecclesiasticis accensebunt, tanquam ex sa-
 cris potissimum literis sub praetextu, quod earum rerum
 ibi mentio fiat, decidendis? Nequaquam. Causae igitur

matrimoniales *sua natura* ad id forum pertinent, vbi de validitate ceterorum actuum ciuilium agitur, et vbi de violato tenore reliquorum disceptatur contractuum. Quod vero apud Protestantes pro causis matrimonialibus et reliquis ecclesiasticis peculiare iudicium ex personis *secularibus* et *ecclesiasticis* mixtum constitutum fuerit, non sit *ex necessitate*, sed libera principum dispositione, imo, si dicendum quod res est, hoc temperamentum est *ex genere* eorum, quorum principia tanquam erronea reprobamus, conclusiones autem tanquam palato nostro gratas et proficiens reiicere recusamus. Nolumus tamen Consistoriorum ecclesiasticorum autoritatem in dubium vocare, quippe quae ex *concessione Principis*, iure magistratus ordinarii, ipsis optimo iure competit. Hoc tantum volumus, pa-
pizare paulo eos, qui existimant, eas eas matrimoniales caeterasque Consistoriales *sui natura*, et ita *ex absoluta necessitate*, separatum exposcere iudicium, nec solis ICtis 2 Principe posse demandari, quorum rationes vid. apud D E D E C K E N Tom. IIII. p. 3. 4. 5. seqq. Quae seorsim spectatae saepe placent, sed ad fontes et principia reducatae, summae produnt iniquitatis arcana, quod in hac ipsa materia, de qua loquimur, satis aperte olim fuit professus L V T H E R V S in loco quem Cap. II. §. 12. allegauimus.

Obiectio 3)
ab exemplo
primitivae ec-
clesiae vbi sta-
tim patres de
causis matri-
monialibus
consulti re-
sponderunt,

§. V. Nec est, quod nobis obiiciat quisquam (III) in primitiva statim ecclesia, Patres in *causis matrimonialibus* atque *dierum consilios respondisse*, unde nec ad principes hae causae spectare videbantur. Nam dum de his responderunt Patres, non *legislatores et indices*, sed *con-
sultores* tantum et *doctores* extiterunt, plerumque *consilia virtutis* suppeditantes, inter *voluntarios et doceri cupidos*, ut loquitur L V T H E R V S, aut si de iure responderunt, hoc *extraordinarie et in subsidium* fecerunt, quia hae causae a magistratu ciuili velut erant derelictae, eorumque responsa saepe

faepe etiam intra terminos *legum ciuilium* continebantur.
Consultationibus autem his frequenter factis, euenit, vt
incauti ad dominatum sacrum peruenirent, et bona inten-
tione deciperentur. *LVTHERVS allegato loco.*

§. VI. Obiiciunt alii (IV) Principum iuri determini-
nandi causas diuortiorum derogatum esse per *canones iu-*
ris Pontificii, quod Principes quoque Euangelici in suis
Consistoriis pro lege receperunt. Sed respondemus, hoc
quidem afferi a dissentientibus, non tamen probari. Re-
ceptum esse ius canonicum in foris Protestantium verum
est, hoc ipso quoque iure causas matrimoniales ad sum-
mum Pontificem pertinere, eoque diuortiorum causas
admodum restrictas esse, largimur. Sed negamus, ius
Pontificium cum omnibus suis erroribus esse receptum.
Et quamvis aliquamdiu *ante reformationem*, cum causis
matrimonialibus a Pontificibus Romanis ius quoque deter-
minandi causas diuortiorum usurpatum fuerit; recte tamen
Principes Euangelici *post reformationem* quasi postliminio
hanc de nouo facultatem recuperauerunt, quia, vt ait
TERTULLIANVS veritati praescribere nemo potest, non
spacium temporum, non patrocinium personarum, non
privilegium regionum, et cursus temporis non mutat sub-
stantiam veritatis. Ab aduersariis autem proferendae
erant rationes, cur Pontifex sua non contentus potestate,
alienae quoque *volum* in se iure transferre potuerit? demon-
strandum erat, Christianos Principes viueros Roman
tunc fuisse vocatos et auditos, cum Pontifex horum iurium
volum sibi soli vindicauit. Nam si vocati non fuerunt, nec
consenserunt, iniqui prorsus foret illa reseruatio, nec poterat
ab illicita usurpatione defendi. Si vocati fuerint et consen-
serint, pro se fortassis potuerunt consentire, non quoque
pro *successoribus* maxime his, qui postmodum iugum pa-
pale excusserunt, et illegibus imperii publicis in hac obtenta
libertate defensi sunt, quia eorum potestas iurium ad con-
fer-

seruandam communem reipublicae tranquillitatem et utilitatem penitus est necessaria. Quae vero HENRICVS CA
NISIVS IC^TUS Ingolstadiensis aliquae Pontificii contra ius Principum circa diuortia ex religionis suae principiis refe-
runt, nos lubentes pratermittimus; tum quia matrimonium sacramentum esse negamus, tum quia eorum argu-
menta solidissime refutauit et ipse Catholicus Jo. LAVNO-
IVS de regia in matrim. potest. P. I. art. 2. c. 10.

Obiectio 5)

ex Matth. C.

V.

¶ VII. Quando Principem Evangelicum ex pluri-
bus aliis causis, quam quae vulgo admittuntur, diuortiorum
licentiam concedere posse in thesi affiruimus, huic impi-
mis (V) videtur contrarium, quod et GROTIUS, de iure
circa sacra c. 3. late probauit: *Principis imperium ad id
tanum se extendere, quod iure diuino non est determinatum.* Licet enim illud uniuersale dicendum haud sit,
erubescit tamen Princeps christianus, quicquam legibus
statuere, quod paeceptis sui Salvatoris est contrarium.
Iam autem affiruunt communiter, Matth. C. V. et C. XIX.
1. Cor. VII. diuortiorum causas ad duas tantum esse restri-
ctas, nempe adulterium et malitiosam desertionem. KIT-
ZEL. in *Synopsi de matrim. c. 8. thor. 4.* NICOLAI de di-
uort. p. 2. c. 1. n. 24. CARPOVIVS Jurisprud. Eccles. L.
2. tit. ii. def. 203. seqq. Sieut itaque exceptio firmat re-
gulam in casibus non exceptis; ita idem dicendum esse in
hac doctrina autem, vt vbi non est adulterium aut ma-
litiosa desertio, ibi manendum in regula sit: *matrimonium
esse indissolubile.* Atque hoc eo magis, cum Salvator no-
tanter dicat, qui dimittit vxorem, *praeterquam ex causa
adulterii*, eum adulterare. Qua locutione videtur exclu-
sive loqui, ita vt eius sensus in duo haec velut membradis-
solui posse videatur: 1) *matrimonium est indissolubile.* 2)
nec alia causa ad id dissoluendum admittitur, quam adul-
terium. Quicquid igitur non est adulterium, illud nec pro
valida diuortii causa erit reputandum. Ad hoc vt debito

mo-

modo respondeatur, de explicatione istorum scripturae
textuum ante omnia laborandum est.

§. VIII. FERTULLIANVS Matthaeum ita expli- Huius extus
cat in Lib. IV. contra Marcionem c. 34. Dico Christum con- explicatio Pa-
dditionaliter nunc fecisse diuortii prohibitionem; si ideo quis trum alio-
dimittat uxorem, ut aliam ducat. Qui dimiserit, inquit, rumque do-
uxorem, et aliam duxerit, adulterium commisit; et qui a torum.
marito dimissam duxerit, aequo adulter est: ex eadem
utique causa, qua non licet dimitti, ut alia ducatur. Il-
licito enim dimissam pro dimissa ducens, adulter est. Ma-
net enim matrimonium, quod non rite direntum est. Ma-
nente matrimonio nubere, adulterium est. Ita si condicio-
naliter prohibuit dimittere uxorem non in totum pro-
hibuit: et quod non prohibuit in totum, permisit.
Aliud est, ubi causa cessat, ob quam prohibuit. ORIGE-
NIS locum adduximus supra Cap. I. §. 16. - GROTIUS ad
Matth. Cap. V. ita censet: Notat Origenes verba haec (ex-
cepta causa fornicationis) poni magis enunciando, quam
iubendo. Nequerarum est, ut in tali sermone, id quod
ex occasione dicitur exempli magis quam adstringendo vim
habeat. Non enim in hominis tantum, sed et in DEI le-
gibus solitum est, saepe facti aliquam speciem frequentio-
rem exprimi, ex qua deinde caetera colligi debeant, ut
Exod. XXI, 18. 19. 20. 26. Deuter. XIX, 5. Et paulo post: Si-
miles locutiones speciem facti declarant magis quam strictam
exceptionem, sed et si ponamus, esse exceptionem, potest
eadem manere sententia. In omnibus enim legibus, etiam
maxime odiosis, quales sunt, quae poenam irrogant, re-
cepimus illas, ut ubi eadem est ratio, ius idem valeat. E no-
stris autem CALIXTVS in dissert. de coniugio et di-
uort. §. 57. textum ita explicat: Cum CHRISTO Serua-
tore nostro CHRISTI nomen professos glorioissimae me-
moriae Imperatores collidere, cum mihi sit religio, mallem
eguidem dicere, CHRISTI verba alio trahenda non esse
quam ad indicium priuatum, et compertum ac manifestum

adulterium. Hoc casu licere cuiniis iniuriam passo et innocentis, non expectata tribunalis alicuius sententia adulteram repudiare. Num interea occurrant graues cause, propter quas coniugium aliquod solvi oporteat, quin iudiciis legitimis inquiratur et statuatur, non prohibiisse.

*Quid vltius
circa explica-
tionem eius
textus sic ob-
seruandum.*

§. IX. Deinde hoc quoque sedulo obseruandum, Saluatoris nostri officium proprie loquendo non fuisse legislatorium, aut iudicis forensis, sed vt doctorem et restitutorem depravatae doctrinæ ageret, et collapsæ virtutis et amoris pracepta a Phariseis depravata restitueret. Vnde rogatus a nonnemine ex turba *Luc. XII, 13.* vt de iudicio fam. herescundae moneret iniustum fratrem, sibique ius diceret, is procul habitis iustitiae forensis regulis, quis, inquit, *me vobis iudicem aut diuisorem constituit?* ad turbam autem conuersus, quod sui erat muneric, exequitur, h. e. diuinæ virtutis pracepta de vitanda avaritia eidem exposuit. In capitulo autem *Matt. V.* inter alias virtutis excellentioris h. e. christianaæ pracepta, medio quasi loco reperitur hoc, de quo quaestio est : *Ego vero dico vobis, qui uxorem suam repudiat, (excepta fluprincipia) in causa est, ut ea adulteret, et qui repudiatam ducit, adulterat.* Mo- ses erat legislator ciuilis, legibus suis ad societatem primario componens Iudeos, iuxta virtutis regulas viuere recusantes. Has leges Motaicas proprie sic dictas Saluator confert cum regulis virtutis perfectæ, quapropter etiam συληγοναρχίας Iudeorum facit mentionem, ob quam Mo- ses Iudacis diuortia aliaque multa permiserit; non quā si hi caeteris gentibus fuerint peiores, sed quod omnis lex positiva prærequisitat συληγοναρχία hominum, secundum regulas virtutis et pietatis viuere recuiantum, quia iusto lex non est scripta. Quodsi vero legem proprie sic dictam legi aut pracepta præceptis virtutis opponere voluisset, opposuisset se ipsi Mo- sis, quod tamen admirabilis illa harmonia, quae est inter *vetus et nouum foedus* non patitur.

Adul-

Adulterare autem hoc loco idem esse videtur, ac diuertere a primaeua puritate amoris, sicut in aliis quoque scripturae locis, vbi virtutis praecepta traduntur, imprimis apud Prophetas haec locutio idem semper denotare solet, v. Ezech. XVI. per tot. et XXIII. 37. 45. 1. Cor. X. 7. et 8. Et enim si diuertere ab vxore ob iustum et legibus probatam cautam, reuera contineret adulterium in sensu forensi et ciuili, sequeretur MOSEN adulterium velut sancta lege autorasse, id quod de ista lege, quae D E V M autorem habet, cogitare absurdum eset atque impium.

§. X. Ergo Saluator noster hoc loco *principaliter* Saluator in ter de regulis virtutis fuit sollicitus, quod ipsum etiam fa- doctrina de diuortio potissimum regula virtutis inculcauit.
BERNHARDVS SCHVLZIYS in dissert. cui titulus: Non moechaberis th. 16. Sicut PAVLVS quoque 1. Cor. VII. 10. Iis, inquit, qui matrimonio iuncti sunt, praecipio, non ego sed dominus, uxorem a viro non discedere. Nullius prorsus diuortii, nec propter adulterium, faciens mentio- nem. Si enim nemini iniuriam vindicare lex CHRISTI permittit, multo magis in tam arcta societate, qualis est in- ter coniuges, quamlibet iniuriam coniuges concoquere, ex regulis pietatis et patientiae, a CHRISTO tantopere in- culcate, tenentur. Quodsi autem a iure suo nihil velit re- mittre pars laesa coniugum, propterea non censembitur peccare aduersus regulas iustitiae in foro externo, neque iu- dex heic officio suo deesse poterit. Juber quoque lex CHRISTI eodem Cap. V. Si quis tibi colophum in dex- tram malam impegerit, obuertere ei etiam alteram. Jubet eadem: Si quis tecum litigare et tunicam tuam velit aufer- re, concede ei etiam togam. Item: Si quis te cogere ve- lit ad unum milliare, comitare cum vel duo. Verum lae- sus et concusus his modis, si iure suo vti, et in iudicio super illata iniuria desiderium suum exponere velit; iudex profecto imperite et inepte ageret, si reum ab iniuria vel- let absoluere, et actorem condemnare, ut reo sinistram quo- que

que malam porrigeret verberandam, aut eidem togam quoque cederet cum tunica iniuste extorta. Regulae virtutis et amoris non sunt eum in finem Christianis praescriptae, ut sententiae forenses inter litigantes et contendentes secundum eas ferantur.

Praeterea et iam legem loco de regulis virtutis fuisse folicitum. Ceterum quoniam Mosis explicavit, Iudei per modum obiectionis legem Mosaiam de diuortiorum licentia Saluatori statim opponebant, quod maxime patet ex Matth. XIX, 15. Is Mosen, propter συλληφας διαβ. eorumdem, sepositis perfectioris virtutis praeceptis tantum iustitiae forensis regulas tradidisse et diuortium permisso regerit, siimulque occasionaliter verum sensum istius legis Mosaiacae a corrupta interpretatione Hillelianorum viadicat, uti Cap. I, §. 3, tradidimus. Ex quo simus elucet harmonia illa, quae est inter virtutis praecepta et regulas iustitiae, quae per subordinationem plurium rerum, quarum una perfectior est altera, omnium optime concipi potest CHRISTVS enim Moysin non increpat, quod diuertia obturpitudinem mulierum concesserit Iudeis, nec usum fori istius temporis absolute damnat, sed tantum monet, eos, qui ad perfectiore gradum christiana virtutis peruenire contenderent, ob summam tolerantiam vitae christianae, a diuortii prorsus, etiam in casu adulterii, debere abstine-re, sicuti Paulus eodem sensu i. Cor. VI, 1. seqq. iudiciorum usum increpat. Vnde parenthesis illa (ει μη ει τοεγειας) non tam exceptionis locum obtinet a regula virtutis, a Christo traditae, quam verum sensum legis Mosaiacae, in foro externo zelotypia ductis applicandum, et in genere in usum praxinque ducendum, ubi virtus christiana defecerit.

Quid circa explicatio-nem vocis πορνειας ob-seruandum.

§. XII. Denique et hoc circa explicationem textus MATTHAEI maxime controversum, an voce πορνειας solum delictum adulterii, vel illiciti concubitus, an vero et alia delicta maiora, aut aliæ causæ similes intel-ligi

ligi debeant, cum illud certum sit, quod vocabulo *fornicationis*, seu πονείας, tum in sacra scriptura, tum vulgo apud Hebraeos alias quoque delicta per metaphoram denotentur. v. BVXTORF. de Sponsal. et diuort. p. 2. p. 128. SELDENVS de uxor. Ebr. L. 3. c. 23. BROCHMANN, in loco de coniugio cap. 4. qu. 55. III. Dn. THOMASIVS, Patronus et Praeceptor noster venerandus Lib. HI. Inst. Jurisprud. diu. c. 3. §. 61. AVGUSTINI hanc in rem testimonium allegauimus supra Cap. I. §. 17. Et NICOLAVS quoque HEMMINGIVS apud DEDECKEN Confsl. P. III. p. 455. verba CHRISTI ita explicat: *Dixit CHRISTVS. qui-cunque dimiserit uxorem suam. παρεκτός λόγις πονείας,* h.e. nisi propter rationem adulterii, facit eam mochari. *Hic non πονεία solum, sed λόγος πονείας excipitur.* Cum ergo λόγος significet rationem, quid vetat, CHRISTI verba ita interpretari: qui dimiserit uxorem suam, nisi ob causam, quae eam rationem criminis habet, ut scortationem aequet, et proportionem quandam, quod sceleris gravitatem attinet, cum scortatione habeat, is facit mochari. CHRISTVMA igitur non exclusue adulterium, sed scortationem ipsam diuortii causam pronunciasse, sed synecdochicūs locutum sub voce πονείας, quae idem significet, quod hebraica eruath tabhor Deut XXIV, I. pluresque grauiores causas, et sub una certa specie genus innuisse, sub quo consimiles species, quod gravitatem sceleris attinet, consistantur. Inde factum putat, ut et Paulus aliam et diversam plane causam malitiosam sc. desertionem, ob delicti partitatem diuortiorum licentiae adiecerit. Nos ex historia disputationis Christi cum Phariseis, quam supra Cap. I. §. 3. ex SELDENO recensuimus, et ex statu controveriae, quae fuit inter diuersas Iudeorum sectas, super diuortiorum licentia, omnino recte sentire eos existimamus, qui a Christo omnem πονείαν seu turpitudinem in genere exceptam fuisse profitentur. Hoc enim genuinus vocis πονείας significa-

G

ficatus flagitat, qui cum textu Mosaico Deut. XXIV, de eius explicatione, non correctione aut emendatione, lis erat, apprime conuenit. In eo enim, quod LVTHERVS: cumb etwa einer Unlust willen/reddit, versio latina XANTHIS PAGNINI ita vertit, quod inuenierit in ea turpitudinem aliquam. Vulgata foeditatis facit mentionem. Graeca autem LXX Interpretum ita habet: ὅτι ἐγένετο εἰς
αὐτὸν δοχείου περίημα, quod inuenierit in ea turpe facinus. Quae omnia generalem vocis significatum confirmant. Neque putandum est, Christum tantummodo mentem suam restringere voluisse ad adulterium, cum ratio sub conceptu adulterii latitans, sit latior, quam ut solo adulterio concludatur. Fuit autem Salvatoris scopus in d. textu, non ut causas exprimeret maiores aut aequae graues eiusdem generis: nam de his non erat consultus; sed ut minores tantum, apud Iudeos contra intentionem Moysis visitatos, remoueret, vnde non exclusive eum locutum esse constat.

*Paulus recte
admisit di-
uorium ob
malitiosam
desertionem.*

§. XIIII. Admissa hac explicatione, facile constat, qua ratione PAVLVS 1, Cor. VII, 15, praeter adulterium, malitiosam quoque desertionem admittens, cum CHRISTO conciliari possit. PAVLVS enim loquitur de coniuge fidi, quae secundum regulas virtutis christianae, post acceptam ab altero, vel datam quoque offendam, ad reconciliandum est parata, a quo pars aduersa abhorret, sed iure suo vti maulit, quam iniuriam remittere. Et in hoc casu, ne conscientiam oneret eius, qui pacem et concordiam quæsivit, pronunciat: *Sin infidelis diuortium facit, faciat, non est in huinsmodi re seruus frater aut soror: quin nos ad pacem vocavit D E V S.* Manet igitur PAVLVS in regula virtutis coniugalnis, alibi tradita, eam tamen ita limitat, ut si post offendam, pacem et concordiam quaerat pars vna coniugum; altera vero infidelis, secundum regulam amoris redire nolit, sed diuortium vrgat,

geat, hoc casu non amplius onerandam esse conscientiam eius, qui aptis ad reconciliationem mediis viis est.

§. XIV. Porro, qui plures adulterio causas diuertunt, di admittere nolunt, (VI) hanc unicam exceptionem afferunt in natura ipsius coniugii esse fundatam; eamque proinde non commode ad alias posse extendi causas. Ideo enim adulterium a generali prohibitione diuortii exceptum fuisse contendit GERHARDVS in loco theol. de coniugio §. 564. quod peret. coniuges ex primaeua institutione sint vna caro. Gen. II, 24.

Matth. XIX, 6. Sed uxor, quae fornicatur, sit vna caro cum scorto, ut philosophatur Paulus, 1. Cor. XVII, 16, ergo hic specialis ratio esse videtur, quod non amplius maneat vinculum unitatis coniugalis, sed nefarie per adulterium disrumpatur, adeoque posse adulterum repudiari. Inde inferunt quoq; Doctores, hoc casu ipso iure dissolvi matrimonium, non exclusa tamen declaratoria iudicis sententia, cui ante omnia constare debet de veritate perpetratae criminis, nisi ipsum delictum sit notorium. CARPZO VIUS iurispr. consili. lib. 3. tit. 5. def. 69. NICOLAI de diuort. et repud. P. 2. c. 1. n. 65. seq. Cum itaque adulterium tollat ipsum matrimonii fundamentum, iuxta CARPZOVIVM c. l. n. 10, et sic speciale rationem habeat, non videtur idem dici posse de alia quacunque causa, qua non obstante, nihilominus censetur adhuc durare vinculum coniugale, cum fundamentum matrimonii, quod in fide, non quavis, sed coniugali consistit, non acque tollatur. Nos autem in his omnibus nihil reprehendimus, quod nobis obster, praeterquam in anem verborum cumulum. Quae enim de unitate carnis inter coniuges ex sacris literis adferuntur, vera sunt in sensu figurato et mystico, ad denotandam vinculi matrimonialis constantiam. Si plus inferrent, coarguenda quoque fuisse philosophia PAULI, qui masculum quoque ait vnam carnem fieri cum scorto, cum qua fornicatur. PAVLVS autem nil aliud dicere voluit, quam figuratam illam carnis

vnitatem, h.e. fidei constantiam violari per scortationem
 Si igitur aliis quoque causis aequae fides ista potest disrup-
 pi, aliis et iisdem etiam causis figurata illa vnitas rumpitur,
 et per consequens matrimonium *quoad vinculum* dissolu-
 potest. Reliqua, quae obici solent, dubia, quia tanti haud
 sunt ponderis et momenti, libens praetereo. Cui vero vo-
 lupe fuerit, longa ferie perlustrare argumentorum cumulum,
 quae contra diuortiorum, propter grauiores adulterio aut
 aequae graues causas, licentiam adducuntur, consulat B.Dn.
 SAM. STRYKII *dissert. de diuort. ob infid. vitae struct.* §. 13.

14. 15.

Leges Principis circa diuortia strinquent etiam subditos diversae religionis.

§. XV. Remotis hisce dubiis iterum requertor, ad thesin, secundum quam Principi euangelico ex imperio ci- uili ius determinandi causas diuortiorum vindicauit. Fluit autem exinde, *leges circa diuortia*, a Principe statutas, quia ciuiles sunt, etiam ad subditos diversae religionis, ve- luti Iudeeos aliosque pertinere: ita tamen, ut si restrictiuae sint, etiam illos obligent, qui secundum suae religionis principia ex pluribus aliis causis diuortia concedenda esse credunt; si vera extensiuae fuerint, non obligent eos, qui iure quodam diuino diuortia existimant ad unicam adulterii causam esse restricta, cuius rei ratio est, quod *id, quod permittitur, cedat ei quod inbetur*, et quod etiam secundum erroneam conscientiam agere fas sit. Caeterum, ne indeterminata in his potestatem Principi adscribere videamus, eum ob iustas et graues tantum causas diuortia permittere posse asserimus, h.e. tales, quae fini matrimonii eiusdemque essentiae contrariae sint, et pacti coniugalis in his violationem in se contineant. Idque directo vel per consequentiam. Vtrumque et natura negotii, de quo agitur, et decor publicus, et prudentia legislatoria requirere videntur. Matrimonii *natura* et *essentia* in mutua concordia et ad summum perducta amicitia consistit: *finis* eius ad mu- tuum adiutorium tendit et sobolis procreationem; in his

quo-

Ex causis gra- uibus demum diuortium conceden- dum.

quoque pacti matrimonialis summa capita et essentialia versantur. Igitur quaecunque causa huc potest referri, ea quoque valida erit, ad dissoluendum matrimonii vinculum, saltem, si Princeps euangelicus eam admittere velit. Reliqua, quae pacto matrimoniali adiiciuntur, tanquam *minus necessaria* et *extra essentialia*, si contra fidem datam non praestentur ab alterutro coniugum, tamen propterea coniugium dissoluere haud possunt. Vnde si maritus vxori promisit, se ipsa *invita loco* vel *domicilio eius* haud esse *dissessurum*, postea tamen domicilium mutet, propterea nec vxor divertere a marito, nec separatum habitare, sed maritum sequi tenebitur, quamvis multi apud *GVTIEREZIVM c. 23.* de matrim. n. 16. dissentiant. Lewis enim tantum videtur, illa iniuria, si, quod vel iussus et vocatio Principis, vel mariti in melius mutata fortuna postulat, domicilium mutet maritus; hanc ei condonare vxor vel sua sponte debebat, si sincero amore coniugali maritum prosequitur. Similiter, si *dotem promissam coniux praestare nequeat*, ob hoc matrimonium haud erit dissoluendum. *NICOLAI de diuort. c. 4.* Quamvis, si sub expresa hac conditione matrimonium fuerit coalitum, aut alterutra pars alterum dolose circumvenierit, aureos promittendo montes, aliud dicendum esse videatur, quod tamen huius non est loci inquirere.

S. XVI. Inter causas diuortii prima erit *I) prima diuortii causa adulterium*, quia matrimonii naturae contrarium est, et *essentialis pacti matrimonialis violationem directo continet.* *CARPZOV. iurispr. consit. Lib. II. def. 189.* *BRVNNE. J. E. L. H. C. 17. §. 16. seqq.* ibique *STRYK. in notis.* Per adulterium autem hic intelligitur quaelibet illicita coniunctio. *Simplex an duplicata* fuerit, quoad diuortium nihil interest, quia perinde pacti coniugalnis caput primarium et *essentialie violat*, qui alteri corporis sui usuram facit. Sicut nec interest, an a marito fuerit commissum an ab uxore adulterium,

54 CAPUT III. DE IVRE PRINCIPIS

terium, etiamsi maritus cum publico scerto rem habuerit, vel vxor a marito deserta, aut domo sua expulsa adulterium commiserit, vel propter necessitatem famis, vel quia maritus ipsi alimenta aliaque necessaria denegauerit, vel eius vitae infidias struxerit, aut vxor faecutia mariti mora adultera facta fuerit. vid. BARDILI Ex. 52, Concl. 16, et ibi allegati. Neque ad hoc ut matrimonium dissoluatur, opus est, vt adulterium plene fuerit probatum, sed sufficiunt quoque praesumtiones. Cap. praeterea X. de legibus Cap. ex literis X. de praesumt. GOTTMANN L. 3. Resp. 16. n. 96. Quemadmodum alias in delictis occultis probatio ex pluribus conjecturis pro concludente habetur, BALDVS ad L. 4. C. de seru. fugitiv. BOERIVS decis. 164. n. 4. CARPZOV. iurispr. Consist. L. II. def. 185. conf. HERTIVS in not. ad Puffendorfium de J. N. et G. L. 6. C. 1. ad §. 21. lit. b. Neque requiritur, vt adulterium per seminis immisionem plene fuerit consummatum, quia eandem continet turpitudinem adulterium, vsque ad actum illum ultimum progressum. Exceptum tamen 1) vxor, quae vim pastia. l. 13. §. 7. ff. ad leg. Jul. de adult. caus. 32. qu. 5. 2) Si coniux ex errore cum alia concubat, quam coniugem esse putat. C. in lectum 6. C. 32. qu. 1. 3) Si uterque maritus et vxor sint adulteri, tunc enim adulterium cum adulterio compensatur. c. n. tit. 32. qu. 5. 4) Si coniux delictum remiserit, quod per cohabitationem subsequentem probatur. l. 13. §. fin. de adult. l. 47. sol. matrim. 5) Si coniux, eo quod praebere se noluerit, causam adulterii praebuerit l. 47. sol. matrim. et allegat. ap. BARDILI Exerc. 52. concl. 18. lit. f.

2) maliciofa
desertio. S. XVII. Secunda diuortii causa erit II) maliciofa desertio 1. Cor. XVII, 15. CARPZOV. iurispr. consist. L. II. def. 192. BRYNNEMANN. J. E. L. II. C. 17. §. 26. seqq. quae tamen non facile praesumenda, sed legitime probanda. Non. 117. L. II. cap. 19. X. de Sponsal. B. Dn. STRYK. de diffens. spons. sect. 6. §. 9. seqq. Hodie ut quis pro maliciofa

10

*so desertore habeatur, requiritur, vt absens, praemisis tri-
bus edictalibus citationibus, non compareat; v. BEVSTIVS
p. 2. c. 26. tempus autem expectationis iudicis arbitrio relin-
quitur, qui etiam post sex menses solet permittere edicta-
lem citationem. FINCKELTH. Obs. III. n. 15. CARPOV.
iurisprud. confit. L. II. def. 170. n. 12. Eiusdem generis est
III) pertinax debiti coniugalis denegatio, quam sub malitio-
sa desertione nonnulli comprehendunt, v. STRYK. d. l. §.
20. seqq. qua tamen extensione non est opus, cum per se
matrimonio soluendo illa sufficiat, quia fini matrimonii di-
recto est contraria. Hoc nomine quandam apud Judaeos
erat actio debiti coniugalis, vti docet SELDENVS de uxor.
Ebr. L. 3. C. 6. 7. LACTANTIVS Infl. diu. L. 6. c. 23. Nec
aliam ab causam DEVS, cum coetera animantia suscep-
toctu, maribus repugnare voluisse, solam omnium mulie-
rense patientem viri fecit, sc. ne foeminis repugnantibus li-
bido cogeret viros aliud appetere, eoque facta castitatis glo-
riam non tenerent, conf. BRUCKNER. in decis. iur. matrim.
BARDILI Ex. 52. Concl. 20. cum alleg. IV) Insidiae vitae
et mariti virilitati structae, prout B. STRYK. d. tr. sect. 5. §.
9. seqq. et in peculiari distert. ex professo docuit. In VER-
MESIENSI Concilio, quod sub PIPINO Rege in Gallia
celebratum est ad ann. CHRISTI DCCLII. Can. V.
hoc confirmatum: Si qua mulier mortem viri sui cum
aliis hominibus consiliantur, et ipse vir ipsius hominem se de-
fendendo occiderit, et hoc probare potest, ille vir potest
uxorem suam dimittere, et si voluerit aliam accipere. V) 5) Perpetua
Perpetua abortus procuratio. v. LYNKER. Decis. Ienens. Dec.
71. BRUNNEM. J. E. L. II. c. 17. §. 33.*

§. XVIII. VI) Huc referimus exilium et relegatio-
nem uxoris ob delictum infamans, sive capitale, sive non relegatio per-
fuerit. Neque interest, an sententia aduersus reum iam petua uxoris
lata, an is fugitiuus factus sententiam anteufererit. Est enim
haec exiliu natura et effectus, vt qui propter delictum infa-
maus

3) Pertinax
debiti coniu-
galis denega-
tio.

4) Insidiae vi-
ta structae,

5) Perpetua
abortus pro-
curatio.

mans eo plectitur, fiat *ipso iure* infamis, et tanquam putridum membrum e ciuium societate efficiatur. Quae autem societas coniugalis potest esse cum eo, qui e ciuium societate electus est, et pro mortuo habetur? Et cui omnia ciuium commercia sunt interdicta; qui poterit in societate coniugali manere, quae famae integritatem non minus sibi vindicat quam reliquae. Taceo dissensiones et animorum perpetuam renitentiam, quae inter coniuges perpetuo sit mansura, imprimis eos, quibus honestior paulo nascendi conditio famam in precio posuit. BRUCKNER. *decis. matrim. c. 16. §. vlt.* Cumque exilium, in quod quis ob factum infamans mittitur, a Doctoribus passim *desertioni malitiosae* aequiparetur, obferuante CARPOVIO *iurispr. Conf. L. 2. def. 177. n. 13.* debebant quoque iidem exilium inter causas diuortiorum admittere, quemadmodum sponsalia propterea dissolui posse, recte statuit IDEM *d. def. 177.* Et tamen si furtum commiserit maritus, ac propterea extraordinaria poena, h.e. fustigatione vel sola etiam relegatione punitus fuerit, vxori hanc afflictionem tanquam casum fortuitum ferendam esse, aequum putat CARPOVIVS, unde nec vxor maritum derelinquere, quin potius ipsum relegatum sequi teneatur, quod praetudicis fori confirmat *d. l. def. 203.* NICOLAI *de diuort. c. 4. n. 13. 14.*

Judicium de
dissentien-
tium argu-
mentis.

§. XIX. Quod si his argumentis aliqua ad probandum inest vis et efficacia, ex dictamine rectae rationis et principiis iuri patrii antiqui, ea potius ad maritum ob commissum *homicidium* fugitiuum, quam qui propter *fur- tum* exilio mulctatus fuit, applicanda esse crederem. Nam 1) furtum nunquam non consulto et doloso animo perficitur, et raro poenitentiam commissi criminis comitem habet. 2) Plus periculi cuiusvis a fure imminent, quam ab homicida, qui ab altero lacesitus, iram exhibere non potuit. Vnde quoque est, quod in maiore infamia apud honestos viros fur habeatur, quam qui ex calore iracundiae homicidium

dium commisit, quod facti poenitentia e festigio sequitur.
Reetc VELTHVYSIS de principiis iusti et decor. Si quis-
piam, inquit, in furto deprehensus sit, omnis multitudo
animo et viribus mititur furem comprehendere: Si autem
quispiam ira percitus, homicidium perpetraverit, omnes
eius libertatem optant, nullus saltem operam suam liben-
ter ad illum capiendum commodat. Ratio est, qui plus peri-
culicnius imminet ex fure, qui cuiusvis fortunas rapere in-
tendit, quam a tali homicida, qui in illum tantum excanduit,
a quo lacescens fuerat. Ob quas rationes quoque 3) le-
gibus patriis longe mitior poena in eiusmodi occisorem,
quam in furem fuit statuta, quod erudite executus est JC-
tus Celebrissimus Dn. FRANCISC. ERNESTVS VOGT,
Fautor et amicus noster honoratissimus. in Commentatio-
ne Academica ad Leges Iuticas de homicidio §. 19. inest. §.
17. et 37. Loquimur autem de homicidio in calore iracun-
diae patrate, vbi post iurgia ad verbera et vulnera per-
uentum: non de homicidio structis insidiis commisso,
quod propria vocis significatio in legibus Germanicis,
morden/significat, et pro doloso tantum habetur, vti ite-
rum docet praelaudatus Dn. VOGT d. §. 17. Ob homici-
dium autem calore iracundiae commissum honestissimas
quoque matronas saepe videmus exulem maritum sequi, et
calamitatis eius ferre partem, veluti etiam vxorem Caini
post commissum homicidium, secutam fuisse maritum suum
docet LVHERVS in comment. ad Gen. cap. 4. ad verb.
et agounit Cain uxorem suam in fin. Neque dubium est,
quamdiu ius manuarium et duellorum licentia fuerunt in Im-
perio permissa, vxori diuortium petere ob homicidium
mariti in duello commissum, nefas fuisse. Interim quo-
nam post pacem publicam peculiaribus edictis Principum
etiam homicidia ex calore iracundiae perpetrata adeo atro-
citer puniuntur, vt reum criminis aut supplicium aut infamia
cum omnimoda fortunarum euerstione, sequatur, ho-

H

die

die regulariter vxori in tali casu diuortium haud esse dene-
gandum crederem, sed manendum in regula, propter exi-
lum coniugis ex delicto infamante, diuortium esse conceden-
dum. Hanc regulam quoque paucis abhinc annis confir-
mauit Serenissimus Brunsvicensium Dux ANTONIUS VL-
RICVS, in peculiari constitutione, quae extat in der erneu-
erten Braunschweigischen Kirchen-Ordnung p. 123. his
verbis: Wir haben gnädigst ersehen / was gestalten Ihr we-
gen der sich befindenden unterschiedenen Meynungen der Docto-
rum über die Frage: Ob im Fall / da ein Ehemann oder
Eheweib / nicht wegen Unfeusheit / sondern anderer verübt
Ubelthaten halber / auf ewig relegiret worden / die separatio
quoad vinculum statt habe / und dem unschuldigen Theil/ sei-
ner Gelegenheit nach / anderweit sich zu verheurathen zu zulassen
sey? Bey uns unterthänigst anfragen wollen / welcher Mey-
nung man darunter bezypflichten / und die vorkommende Fäl-
le zu entscheiden haben möchte. Wann wir dann in Erwegung
der allerseits angeführten rationum, und so wol aus H. göttli-
cher Schrift / als auch den gemeinen und Kirchen-Rechten ge-
nommenen Gründen dahin geschlossen / und aus hoher Landes-
Fürstl. Macht und Gewalt hiermit declariret haben wollen / daß
im obigen Fall / derjenigen Doctorum Meynung / so die affi-
tiuum behaupten / nachgegangen werden solle. So haben wir
euch hiermit solches gnädigst ohnverhalsten wollen / und werdet
Ihr deernach so wol bey den sezo vorhandenen / und zur Ge-
richtlichen Erörterung stehenden / als künftig noch vorkommen-
den Fällen euch in iudicando hienach also zu achten wissen.
conf. B. STRYK. de desert. coniug malit. §. 16. BRVCK-
NER. in decisi. iur. matrim. Cap. XIX. n. 17.

Dissentienti-
um argumen-
ta recensen-
tur.

§. XX. His quae dicta sunt opponit CARPO-
VIUS d. def. 203. 1) quod matrimonia autoritate iuris di-
uini nitantur. 2) quod ALEXANDER HI. Pontifex in
Cap. quaefuit 2. X. de diuort. statuat, taliter responden-
dum, quod mulier pro furto vel alio crimine viri sui ab eo
sepa-

separari non debeat. Huc etiam 3) pertinere credit CONSTANTINI constitutionem in L. 24. C. de donat, inter vir. et uxor. Sin autem aqua et igne interdictum erit, vel deportatio illata, non tamen mors ex poena subsecuta, donationes a viro in uxorem collatae, adhuc in pendentia manent, quia nec matrimonium in huiusmodi casibus dissoluitur. Et 4) ALEXANDRI Imperatoris legem 1. C. de repudiis: matrimonium quidem deportatione vel aqua et igne interdictione non soluitur. Porro 5) JUSTINIANI constitutio in Nov. 22. Cap. 13. ius lentienciae faveare videatur, vbi ita: *Deportatio tamen, in quam migravit, et antiqua ignis et aquae interdictio, quam aqua et igne interdictionem vocant nostrae leges, non solvit matrimonium.* Cui 6) iungi quoque poterat L. 5. D. de bon. damnat. Cum vero deportationi et aquae et ignis interdictioni hodie banum Imperii et exilium soleant aequiparari, videtur quoque ob rationis paritatem nec propter exilium matrimonium esse dissoluendum. Verum ad rationem (1 respondeo resoluuntur, matrimonia catenus iuris divini esse, vt nec propter causas, quae pactum matrimoniale vel directo vel per indirectum violent, dissolui possint, iam supra negatum, et, vt opinor, satis quoque probatum fuit. 2) Pontificis constitutio exerroneo principio, quasi matrimonium sit sacramentum, sine dubio profluxit, unde non magis obligat Protestantes, quam reliqui errores et principia Pontificiorum, quae in corpore iuris canonici continentur. 3) Ad leges Iuris Iustinianae autem vt recte respondeamus, prae-supponendum ex §. 2. Cap. 1. apud Romanos tam laxam fuisse diuertendi licentiam, vt bona quoque gratia discedere a societate coniugali coniuges potuerint, unde nec iure Pandectarum diuortiorum causae deprehenduntur restrictae: Sed quemadmodum coniux ob leuem quoque causam coniugi nuncium mittere poterat; ita in eius quoque arbitrio erat

H. 2.

erat positum, utrum si grauem causam haberet diuertendi, eam coniugi remittere et in amore coniugali permanere vellet, nec ne forte lucris nuptialibus a marito priuaretur. De eo tantum iure Digestorum pariter atque Codicis disputatum fuit: 1) An, si coniux in insulam sit deportata, aut aqua et igne interdicta, haec quoque causa ab altera coniuge possit remitti, et annon potius *ipso iure* post deportationem aut aquae et ignis interdictionem matrimonium videatur dissolutum, quia omnia ciuitatis iura deportatus et interdictus amitterebant, ad quae etiam iustas nuptias referri patet ex pr. I. de nupt. Ad hanc quaestioneM VLPIANVS in L. 5. ff. de bonis dam. respondet, non centeri matrimonium *ipso iure* solutum, quia quamvis ciuitatis iura amiserit deportata, tamen nihilominus libera maneat. Et sic iustas nuptias habuit pro effectu *libertatis*, quas alii licti pro effectu ciuitatis Rom. habuerunt. In quo peccauit quidem Ictus, aduersus analogiam Juris, quod in pr. I. de nuptiis continetur, eonf. PAVLVS in I. 56. ff. sol. matr. TRIBONIANVS autem, qui adeo diuersis fundatos principiis textus in unum corpus congesstis, insignem legum antimoniā admisit. Interim ipse VLPIANVS d.l. liberum dicit esse coniugi, an hoc casu diuertere velit, in verbis: *Si igitur eo animo mulier fuerit, ut discedere a marito velit.* Idem differtis verbis diecitur in lege I. C. de Repud. quam mutillam allegat CARPOVIVS. matrimonium quidem deportatione non solvit (scilicet *ipso iure*) si casus, in quem maritus incidit, non mutiet vxoris affectionem. 2) de dote et lucris nuptialibus quae situm fuit, alterutro coniugum deportato aut aqua et igne interdicto. In hac quaestione pronunciat VLPIANVS: *Si alia lege quam maiestatis, vis publicae, parricidii, beneficii et desercariis, capitis damnata sit vxor, dotem non publicari, sed mariti cedere lucro.* Sin autem deportata sit vxor, ea que discedere a marito velit, tunc, si filia fam. sit, patrem eius posse repetere dotem: sin

ma-

materfam sit, tandem quidem apud maritum remanere dotis compendium, donec ipsa voluntatem suam diuertendi possit declarare, qua facta declaratione, ipsi quoque vxori quasi humanitatis intuitu actionem concedit pro repetenda dote. In L. 24. C. de donat, inter vir. et uxor. imperator prospicit vxori, cuius maritus damnatus est, primo quoad res proprias et donationes a marito factas, antequam is damnatus et ex poena mortuus esset. Deinde si aqua et igne interdictus aut deportatus sit maritus, ita prospicit vxori, ut donationes a viro in vxorem collatae tantisper in suspenso maneant, donec maritus eas reuocauerit, non reuocatae autem ex morte mariti vxori confirmentur. In L. 1. de repudiis agitur de repetitione dotis marito deportato, aut aqua et igne interdicto, et pronunciat Imp. hoc casu stricto iure dotis actionem non competere vxori, quod per deportationem matrimonium quoq; ipso iure non soluatur. Interim tamen inhumanum putat esse, vxorem, quae ex amore a viro deportato diuertere noluit, quamvis potuerit, tandem sine dote relinquendam esse, hinc ex aequitate ei concedit dotis actionem aduersus fiscum. conf. BRVNNEM. in comment. ad b. tit. Patet itaque iure Justinianeo diuortiorum licentiam propter deportationem omnino fuisse permissam. Vnde si ab ea ad exilium et relegationem argumentum ducere fas est, propter has quoque causas ex paritate rationis hodie diuortium facere licebit. Quamuis nobis, qui de iure Principis circa diuortia loquimur, parum interfit, utrum Caesares ante IUSTINIANVM diuortiorum licentiam propter deportationem concesserint, an denegauerint? cum nostris Principibus ius circa diuortia ex conditione imperii cisis et natura rerum ciuilium vindicauerimus, ad quas causas quoque matrimoniales et diuortiorum pertinere dictum est.

§. XXII. Accedimus 7) ad nouam causam, a MILTONO, ob domesticas calamitates, ut coniecit PVFENDORIUS, peculiari libro de diuortiis defensam, scilicet

H 3 mo-

7) Mores intollerabiles et animorum disparitas.

mores intolerabiles ac disparitatem et renitentiam animorum, quam is, per principia quoque religionis Christianae, inter coniuges sufficientem esse diuortii causam, non absque omni fundamento existimat. Quamvis autem MILTONI sententia communiter vapulet, dudum tamen aequis et prudentibus rerum aestimatoribus obseruatum est, non omnino leuem aut de nihilo proposita eam iudicandam esse, quin vel a *malitiosa desertione* argumentum pro MILTONO longe stringentissimum, afferi posse. Parum enim interesse videbatur, an *animo* an *corpore* se separet coniux, quia haec duo tum arcta copula debent esse coniuncta, ut *animorum unio* absque *corporis coniunctione* matrimonium dici nequeat, nec *corporis coniunctio* absque *animorum unione* honeste exigi aut praestari possit. Ex quo etiam est, quod Theologi pariter et JCTi, duplicem constituant *desertionem, localem alteram, alteram non-localem*, quamvis hanc, quae magis *animorum* est, nescio quo fato, ad debiti *coniugalis denegationem* soleant restringere. Quoniam autem Consistoria pastim pertinacem debiti *coniugalis denegationem* malitiosae *desertioni* equiparant; mores quoque intolerabiles ad eam referre deberent, quippe qui regulariter cum debiti *coniugalis denegatione* sunt coniuncti. Et cum immorigerum filium patri abdicare fas sit, qui saltim naturaliter videtur patri magis coniunctus, quam *vxor*: cur non posset *vxor*, moribus intolerabilibus praedita, et emendationis impatiens, tanquam rebelle familiae membrum, edomo elici? Aut si intolerabili modo *vxiorem* tractet maritus, neque ipsi, quae matronae debentur, exhibeat, sic ut non tam comparem, quam importunum sese hostem gerat, omnino aequum videtur, ut haec quoque diuortio sibi consulere possit. addL. Theodosii 8. C. de repud. Neque has rationes subuertit dubium, quod mouet PUFENDORF. L. 6. d. I. N. et G. C. §. 22. siens: *Reliqua tamen officia matrimonii posse continuari, puta propagationem sobolis, cohabitatione*

ne

ne continua et familiari utut disrupta; vnde pro separatione quoad thorum et mensam argumentum dicit. Sicut enim separationem quoad thorum et mensam pro inuento Pontificum, primum in cerebro AVGUSTINI ex falso principio natum, habemus, ita iniquissimum est, si aliter adhibetur, quam ut remedium temporarium, quo coniuges ad breue tempus seperati, taedio vitae solitariae, eo lubentius iterum possint reconciliari, ne parti innocentia fiat iniuria, quae sic alienum luere peccatum cogitur, et ad coelibatum sibi forte molestissimum aut intolerabilem adstringitur. Cumq; non sit probabile, immorigeram coniugem ad debitum coniugale sat commodam se praebitiram esse, cuius conuersatio fuit intolerabilis; aut aliquem non penitus auersaturum corpus, in quo tam tetricus hospes habitat, hinc nec debitum coniugale a persona, a qua maritus propter intolerabiles mores se ad tempus curauit separari, honeste exigi posse concludimus. Nemo enim prolem tollere optat ex ea, quam odit.

§. XXII. Sed ut plenius MILTONI sententiam Miltoni ratione percipiamus, lubet eius argumenta recensere, prout ea in nes. compendium redegit III. PUFENDORF. L. 6. de J. N. et G. C. I. §. 24. Existimat, disparitatem animorum, peruicaciam ingenii, societati cum certo aliquo homine colendae ineptam, et corrigi nesciam, quaeque praecipuum matrimonii bonum, adiutorium et recreationem intercipit, longe grauiorem esse causam diuortii, quam est naturalis defectus, aut morbus, aut corporis aliqua foeditas, ob quam tamen Iudeis diuertia quondam permisla Deut. XXIV. Nullam praeterea societatem ligare socios contra primarium scopum institutae societatis, aut contra intentionem et spem vtriusque aut alterius societatem ineuntium. Jam autem DEV M voluisse viro adiungere adiutorium, non domesticum tortorem, subsidio futurum, non in sola procreatione sobolis, sed et in eiusdem educatione, et totius vitae

COR

confortio ; quem finem vtique intolerabilis ingeñii morumque asperitas perimit. Absurdum videri, quod , cum ius canonicum frigiditatem ad matrimonium dissoluendum citra scrupulum declarauerit sufficientem , morum adeo nullam rationem habuerit : praeſertim cum illa statim posſit deprehendi , hi vero ad tempus alta dissimulatione obtegi soleant, quoſque miser in casses ſeſe perrumpi nescias induerit. Eſſe contra legem caritatis, eſſe plenum inhumanitatis, vlo modo adſtrin gere hominem miseriis non niſi morte finiendis. Frustra regeri , infauſta matrimonia a D E O imponi exercenda viorum patientiae. Nam et morbos et alias calamitates diuinitus immitti, quibus tamen ut humanis remediiſ resistatur, non eſſe interdictum. Sacras literas inter alias rationes matrimonium ſuadere, propter declinandas tentationes, ex incontinentia vitæ prouenientes. Aſt, qui in matrimonio ſuo nihil inueuit, in quo animus poſſit acquiescere, cui per vxorem perpetua taedia mouentur, illum longe grauioribus agitari tentationibus, quam ſi in coelibatu ſubſtitueret. Nam eum et animo ſemper male eſſe; et quia vxor diſplicet, alibi libidines proruſpere geſtire. Naturae repugnare , animos inuicem conciliari nefios, inſolabili vinculo copulare. Inſidias vitæ ſtructas ad diuorcium ſufficere Imperatores Christianos iudicare. Atqui quam multis perpetuas illas offenſas vitam abrupiſſe ? Denique matrimonium eſſe ſocietatem inter homines. Atqui ſocietates humanas cum vinculo moraliter contineantur , vtique magis animorum, quam corporum combinatione conſtare. Alias enim nihil reſtare, niſi corporum commixtionem, plusquam belluinanam , cum in multis quoque brutis aliiquid inſtar benevolentiae inter compares cernatur. Quando igitur animus debitam coniunctionem , quam in matrimonio quaerit, non inuenit, tam male comparatum par potius in carcere, quam humana ſocietate viuere. Et quae ſunt reliqua.

§. XXIII.

§. XXII. Sicut vero his MILTONI rationibus De his iudicij
non omnem vim et efficaciam denegamus; ita statuimus, ^{ut}
posse quoque Principem propter *intolerabiles coniugum*
mores diuorum quandoque permittere; quemadmodum
in vicino quodam Ducatu paucis abhinc annis Consistorij
autoritate id factum fuisse ipsa memini. Sed an Princeps
per modum legis generalis hanc diuortii causam publicis ta-
bulis inscribere debeat? alia quaestio est: que si affirmante,
Principi debitis cautionibus omnino vtendum est, ne
vel Consistoriorum potestati in arbitrando nimium attribu-
bat, vel cauillationibus incommodi mariti, aut vxoris
molliter educatae, ad promiscuam diuortiorum licentiam
yiam sternat, qua pestilens reipublicae nihil esse potest.
Etenim vbi post acceptam ab altero offensam, non statim
ab hac societate recedi posse norunt coniuges, quamvis non
vsque bene sint compositi, sua tamen quoque sponte ad pa-
cem et concordiam redire malunt, quam sui sibi esse tor-
tores. Quodsi vero lex scripta sit publice, de diuortiorum
licentia indefinite concedenda, ob morum quamcunque dis-
similitudinem, insociabilis coniux nunquam non habebit, in
quo malitia sue querat praesidium. Non proprios mo-
res accusabit, sed partis innocentis nunc obstinationem,
nunc vituperabit mollietatem, nunc torporem ingenii, ami-
cabilis et facetae conuerlationis impatientem; nunc rei fa-
miliaris aut negligentiam accusabit, aut plus quam coniugi
applicatam curam. Hunc offendet in uxore superstitionis
pietas; illam in marito libris magis quam liberis intenta
assiduitas. Quae omnia ita comparata sunt in matrimoniali
societate, ut quisque in sua coniuge hos mores non solam
tolerare debeat, tanquam vtrisque communes, et cuiusvis
temperamento proprios, sed et ad alterius captandam be-
nevolentiam et amorem coniugalem, suos paulatim ira ad-
fuescere, ut cum alterius conueniant, quamvis paulo atem-
peramenti sui natura alienis. Vbi vero tetra fuerit, et corri-

gi nescia, cum obstinatione morum perueritas in coniuge, quae omnem vitae amicabilem societatem dirimat collatue, heic Principem statuere posse existimo, ut Consistoria dissocient quos natura sua iam dislocatos reddidit: neque iniurius in leges diuinis esse, aut in conscientiam peccare censendus est, Princeps, qui diuortium admittit, ne parti innocentis inselici coniugio cum perpetua animi aegritudine foret immoriendum.

8) Impietas aduersus DEum, que flagitiis inquinat coniugem ab ipso NICOLAO HEMMINGIO, Theologo orthodoxo, apud DEDECKEN Tom. III, Conf. p. 462. seq. inter causas diuortii relata, quamvis paulo alieno a nobis sensu. Is enim impietatem omnem resolutam in apostasiam et heresim. Nobis autem ea est absentia debitae venerationis pietatis que erga DEVM, quae honestatem omnem, pudorem et fidem curat, cum propria et morum abstinentia. Quae enim maior esse potest morum dissimilitudo, et intolerabilis perueritas, quam si alter coniugum DEVM colat, honestatem seruet et fidem; alter religionem inter inania vocabula habeat, nec DEO honorem, nec locis fidem exhibeat, iniustus, spurcus, leno, viumpotus intollerabilis, cum morum peruvacia. Quae potest esse in tam diversis vitac feedis animorum sincera coniunctio? Propter hanc impietatem in primitiva ecclesia coniuges secundum regulas instauriae tuisse separatos Cap. I. §. 6. docuimus. Error autem, quamvis fundamentalis in conceptu aliquo theoretico circa diuinam, h. e. circa articulos fidei, facilius a coniuge alteri erat condonandus, eo quod ideae rerum non sint in arbitrio hominum, nec eadem per se soleant morum inducere diuersitatem, aut amoris arguere absentiam. NICOLAI de diuort. C. IV. n. 15. seq. Vnde in sacris literis quoque iubentur Christiani tolerare coniuges infideles. Nam maior non potest excogitari supersticio, quam ethnica, quae ipsa tamen, si venerationem seruat erga DEum, non omnem animorum unionem et amorem excludit: potest enim

enim quisquam esse idololatra, haereticus, impius, et ea-
men rata obligatione maritus, verba sunt THEODOSII
BEZAE de repudis et diuort. p. 100. Ergo propter erro-
rem in fide non diuertendum a coniugio, sed propter im-
pietatem morum. An autem consultum sit, coniugio jun-
gi cum persona damnatae aut diversae a nobis sectae? alia
quaestio est, quae huius non est loci.

S. XXV. Huc etiam spectant IX) rixae et ini- ①) Odium et
micitiae irreconciliabiles, quas ad dissoluenda sponsalia sus- inimicitiae
ficere haud negant Doctores. MEIVUS P. IV, dec. 44. Sed et irreconcilia-
ad dissoluendum ipsum matrimonii vineulum insigne odium
et inimicitias admiserunt Franci, uti patet ex solennibus li- biles.
bellis repudii, quos ex MARCVLPHO Monacho allegau-
imus supra C. I. §. 9. Vnde nec Principem Euangelicum co-
argendum esse puto, si propter hanc quoque causam di-
uorcium legibus permittat, adhibitis tamen cautelis, quae
S. XXIII. adductae sunt. Apposite LUTHERYS in Epistola ad
Spalatinum Supplement, a Buddeo edit. Ep. 62. Ich habe sie
beyde / ihren Mann / und sie selbst gegenwärtig für mir gehabt/
neben dem Pfarrern und verhöret / aber weil da kein Versöh-
nen hat wollen seyn / habe ich müssen ihr erlauben / wie sie ge-
beten / von ihm zu bleibsen / und minnermehr keinen Mann zu
nehmen / aber Er / der Mann / will wunderschön und rein seyn/
begehret eine andere zu nehmen / recht und Urlaub. Hab ich
mich sein entschlagen und von mir gewiesen / als der ich über
ihn und seine Sache nicht wolle Richter seyn / NB. lassen ihm
andere zu / bin ichs zufrieden. Caeterum, quas proxime pre-
cedentibus §§. recensuimus causas, eae ad viricam et solam anti-
morum disparitatem commode reduci possunt; interim, quo-
nam distinctum singulae a Doctoribus nominantur, placuit
quoque de his hoc loco distinctum agere.

S. XXVI. Ad justas diuortii causas X) referimus ⑩) Morbus
morbū sōnticū et contagiōsum, velut est venerēus, vnde sōnticus,
iustum metum concipere poterat coniux innocens, ne eadem
inficiatur luc, et sic foecunditatem una cum sanitate pro-
di-

digaliter profundat. Huc etiam referendus erit *furer* maxime sine interullo continuus. Talis enim causa animos reddit insociabiles et corporum coniunctionem prohibet. Vnde ad dissoluendum matrimonii vinculum pro valida erit repudanda. Nec quicquam interest, an coniugis culpa, an circa culpam morbus fuerit contractus, quia in utroque casu eadem adest ratio. Et quamvis etiam infecta coniux adhibitis remedis, spem reconvalescentiae concipiat; obstat tamen perpetua animi auersatio innocentis a tali societate coniugali, imprimis, cum secundum ipsos Philiatros, satis non sit cautum, annon post sumtam sedulo medicinam, aliquando morbus talis sit redditurus, si, quod in coniugio fieri potest, affectus vehementius irritetur? Et quamvis in lepra alioue incurabili morbo haec paulo alter se habeant; durum tamen videbatur esse et inhumanum in coniugio adeo mancipare membra alterius coniugis, ut contra humanae constantiam naturae velut invita adigantur ad perferendam societatem, ex qua praesentissimum periculum vitae et sanitatis incurvant. Vnde quoque GREGORIVS II. qui ad ann. CHRISTI DCCXXVI. Apostolicae sedi praefuit, apud LAVNOIVM de regia in matrim. potest. P. 3. art. 1. c. 5. p. 481. et GRATIANVM in z. 18. C. 32. q. 7. ita respondit: *Quod proposuisti, quodsi mulier, infirmitate correpta, non valuerit debitum viro reddere, quid eius facias ingalis? bonum esset, si sic permaneret, et sic abstinentiae vacaret.* Sed quia hoc magnum est, ille, qui se non poterit continere, nubat magis; non tamen subsidiis opem subtrahat ab illa, quam infirmitas praepedit, et non culpa detestabilis excludit. STEPHANVS quoque II. ann. CHRISTI DCCLIV. cum venisset in Galliam, et esset in villa Carisiaco, inter alia ad plures quaestiones responsa, hoc quoque dedit Cap. II. *Si quis se in coniugio copulauerit, et uni eorum contigerit, ut debitum reddere non possit, non liceat eos separare, nec pro alia infirmitate, excepto si daemonicis infirmitas, aut leprae macula superuenierit.* LAVNOIVS d. Tr.

d. Tr. P. i. art. 3. C. ii. p. 243. Quod autem Pontifex hic respondebat de morbo seu infirmitate, quae impedit vxorem, quominus debitum suum reddere possit, idem nos de morbo contagioso et sōntico in genere dici posse existimamus. Sed ne tamen quid nimis aut temere affirmauerimus, tantum Principis Evangelici dispositioni et curae id relinquendum, non vero Consistorio hic liberum arbitrium dandum esse statuimus.

§. XXVII. Propter sterilitatem denique XI) con^a Sterilitas; iugium dissoluere apud Judaeos frequens fuit, vid. testimonia collecta a PVFENDORFIO L. 6. de J. N. et G. c. 1. §. 23. Et qui primus Romae vxorem dimisit Sp. Garbilius cognomen Ruga, annib. V. C. DXXIII. eo motus litramento dicatur, quod apud Censores singuli tenebantur profiteri, se habere vxorem liberorum querendorum causa, vid. ADEL- LIVS L. IV. Noct. Attic. c. 3. VALER. MAXIMVS L. 2. c. 1. vnde sterilitas apud Romanos valida fuit diuortii causa. l. 60. §. 1. ff. de donar. inter vir. et vxor. Spartae autem, cum Alexandrides Rex, postulantibus Ephoris, sterilem vxorem repudiare nollet, eorundem consilio alteram foecundam isti superinduxit, apud HERODOTVM in Terpsichore. Et cum in marito *impotentia* pro legitima diuortii causa reputetur, in vxore quoque *sterilitatem* ex paritate rationis, validam diuertendi causam esse, fors non absque ratione defendi poterat, quia vtraque finem matrimonii principalem intervertit. E contrario autem ratione, cum infoecunditas vxoris, quae alias ad copulam sat est idonea, liquidis criteriis haud facile dignosci possit, sicut *impotentia* saepe in marito, praeterea quoque eam sibi praestare apud coniugem non sit; hinc secundum coniugii naturam, regulariter, eam solam ad diuortium sufficere plurimi negant, ideo, quod ea, (maxime si superuerenter) potius tanquam fatalis calamitas patienter sit serenda. Interim secundum rectam rationem, naturae contractus matrimonialis aduersum prorsus et con-

trarium haud esse existimo, ob *solam sterilitatem* vxorem repudiare, si incurabilis ea sit, et legitime probata. Vnde in ciuitate Principis Euangelici determinationi hoc merito committitur; cui tamen ut propter eam *solam* diuortium suis subditis concedat, consultum non videtur esse; quibus adeo sub foecundo coelo nasci contingit, ut propter defectum liberorum eorum respubl. haud facile sint collapsurae. Diuortiorum autem licentia a Principe secundum regulas prudentiae ciuilis, quantum potest, est restringenda, cum per eam non possit non et familiae et publicus ciuitatum decor gravissime conuelli. Illud porro maiori cum fundamento queritur: *An ipse summus Imperans, cum cuius persona stirps regaa defectura sit, propter sterilitatem coniugem repudiare, et eius loco facundam in thorum admittere posis?* Qui affirmant, pro fundamento adferunt, quod salus publica iuxta lex sit in ciuitate, et stirpis regiae extinctio rempublicam intestinis turbis pariter ac exterorum direptionibus exponere poshit, et saepe quoque soleat; hinc rempublicam a fatali conuersione per repudium infocundae coniugis volunt liberari, imprimis ybi diuertia iure divino adeo non esse restricta, prout valgo creditur, probatum dant. Qui negant, immerito imputari vxori casum, aiunt, quem ipsa sibi praestare haud potuit. *Ese contra amorem et virtutem coniugalem diuertere ab uxore, propter casum, quem ea sua sibi culpa non contraxit.* Maritos, qui amant uxores, solo quoque virtutis amore ab hoc diuortii genere abstinere. *Ese θεος quoddam πατρινον, ac si a stirpe regia dependeat salus totius reipublicae, quamvis obsequiosa quadam dicendi ratione quandoque id soleat Principibus ab aulicis adulatoribus ingeri.* Saepè longe melius reipublicae prospectum iri, si gubernatur ab alio, a quo et securitas publica et commerciorum compendia possint praestari. Sed nos abstinemus manum a tabula.

§.XXVIII.

§. XXVIII. Neautom ea, quae hoc capite de iure Aliorum au-
Principis Evangelici circa diuertia dicta sunt, absque auto-
ritate, aut circa consuetam fiduci formulam ventilasse videa-
mur, prouocamus denuo, ad praxin primitiuae ecclesiae,
quae Imperatoribus ius circa diuertia semper intactum illiba-
tumque seruauit. Ipsum CONCILIVM MILEVITANVM II. libi lege
opus esse iudicat ad statutum de diuertiis, supra. C.I.p.17. CA-
ROLI M. potestatem in matrimonio agnoverunt Synodi A.R.E.
LATENSIS et MOGVNTIACA §. 17. Cap. I. huius dissert. Quo
etiam collineat locus LUTHERI ad calcem Cap. II. a nobis ci-
tatus. Quod autem plures praeter adulterium causas Princeps
euangelicus salua conscientia admittere posse, de eo SAR-
CERIVS in libro vom Z. Ehestand P. 4. p. 158. ita loquitur:
So kan ein jeglicher vernünftiger Mensch wol gedenken / daß
Gott die Ehe eingesetzt hahe zu Ehren und Guten dem Menschen /
und nicht zu schanden und seinem Verderben / darum die / so in
keinen Stücken dem beträchteten Ehe-Menschen zu Hülffe kom-
men / und die Ehescheidung überein in keine Weise noch Wege
zulassen / thun gleich wie die Pharisaer / die von wegen des Ge-
boths vom Sabbath / dem Buchstaben nach / dem Menschen w
Grund und Schaden gehen ließen. JO. STRAVCHIVS tit. 35.
tur. publ. p. 176. defendit, adhuc hodie in arbitrio potestatis
publicae esse , plures causas, praeter adulterium et deser-
tionem praescribere. Et RENNEMANNVS in Jurispr. Rom.
German. i. D. 42. th. 36. lit. e. hanc in rei ita loquitur: Quin
et hodie pri Magistratus, eo quo dictum est modo, non tan-
tum ex illis ante recensis, sed etiam ex aliis granioribus
causis vel aequae granibus, pro circumstantiarum suatione,
diuertia concedere queunt. Ipsi quoque Pontificis, qui ma-
trimonium pro sacramento habent, hoc ipso a potestate re-
gia illud haud eximunt, cum quia contractus cjuilis,
cui inauritur sacramentum, a regum potestate non eximitur
per Christum sacramentorum autorem; cum quia ratio sacra-
menti, matrimonio superueniens, humanum contractum
non

non mutat, sed potius ut idoneam materiam supponit. THOMAS SANCHEZ. Lib. VIII, de matrim. Disp. 3, Nec obstat, inquit, Principis secularis potestati matrimonium esse sacramentum, quia eius materia est contractus ciuilis. Qua ratione perinde potest illud ex iusta causa irritare, ac si sacramentum non esset, reddendo personas inhabiles ad contrahendum et sic illegitimum et invalidum contractum reddendo. PETRVS SOTVS, qui pro Pontifice concilio Tridentino interfuit, apud LAVNOIVM d. Tr. P. I. art. 2. c. 6. et art. 4. p. 261. ita loquitur: Praelati Ecclesiae non debent gravate suscipere, si quod temporali paci viderint necessarium, seculares Principes statuant; nec est, cur illis se opponant, sed permittant potius matrimonium legibus humanis ordinandum, cum officium humanum sit. Et CATHARINVS, qui itidem Tridentino concilio interfuit, allegante LAVNOIO d. Tr. P. I. art. 2. c. 8. p. 145. Principes, ait, circum matrimonium tanquam circa suum et non alienum negotium suis legibus procedere. Ipse quoque LAVNOIVS matrimonium, qua sacramentum, Theologis seu Pontifici adjudicat, quatenus autem contractus ciuilis est, eaterius id Principum potestati subiicit, eamque sententiam autoritate Parisiensium, Burdigallensium, Remensium, Leuanensium, Ducasium, Salmanticensium, Complutensium aliorumque Theologorum confirmat. P. I. art. 1. c. 1, 2. 3. 4. seqq.

De potestate
Consistorii in
hac doctrina.

§. XXIX. Restat ut dispiciamus, an admisso in consistoriis Protestantium adulterio pro valida diuertendi causa, eadem quoque Consistoria vi interpretationis doctrinalis, ex aliis aequae gravibus aut gravioribus adulterio causis, diuertia concedere possint; an vero Principi tantum ins competit, eas ex potestate legislatoria determinandi et definiendi. Ad quam quaestionem, ut debite a nobis respondeatur, videndum erit, an lege quadam provinciali cautum sit, ut diuertia tantum ex causa adulterii et malitiosae desertionis permitterentur, et tunc ad Principem primitive spectat, ut is

vi authenticæ interpretationis, aequæ graues vel grauiores causas pro dissoluendo infelici matrimonio admittat, ne Consistoria potestatem legislatoriam sibi arrogare videantur, nec Principum voluntas hac extensione fiat elusoria. Vbi vero, cestante lege prouinciali, Consistoria secundum sa- eram scripturam causas diuortiorum diiudicant, hac non obstante, pro Consistoriis respondere nulli dubitamus: quia et ex lege Moysis plures admissae causæ, sub generali nomine, velut πάσας ἀχνμὸν πράγμα, et Christus ad eandem le- gem Mosaicam se referit, ēnī πονεῖας diuertia permittens. Et si vel maxime conceptus πονεῖας esset strictæ significatiōnis, et pro adulterio tantum supponeretur in sacris literis; tamen *interpretatio doctrinalis extensiva* in eo consistit, ut propter paritatem rationis, quæ sub generali concepiæ adulterii latitat, verba textus paulo restrictiora ad alios quo- que consimiles causas extendantur, quæ fini matrimonii aequæ contrariae sunt, quam adulterium. Neque enim sic po- testatem legislatoriam Consistoriis adscribimus, qui ex regu- lis interpretationis doctrinalis hanc extensionem deriuamus. Quamvis, quandiu in praieuidicio haerent consistoria, ac si matrimonia eorumque dissolutio sint mere juris diuini, o- mniō Principis autoritate heic opus fuerit, ne matrimonia saepe fiant perpetua innocentium supplicia. Hac occasio- ne expendi meretur GERHARDI sententia, existimantis, in hac quaestione videndum esse, an crimina adulterio grauiora, vel sc̄ltim aequalia, talia sint respectu legis diuinæ, cum cuius norma et regula pugnant; an vero respectu coniugii, cuius vinculum dirimere debent? *Hacten* salua lege diuina ad- mittenda esse; non illa. GERHARD. de Coniug. §. 606. Sci- licet GERHARDI distinctio optime fere habet in thesi; Sed negamus aduersus eundem autorem, delictum contra vin- culum coniugale vincere per illicitum concubitum committi. Vnde ad causas aequæ graues aut grauiores adulterio, non sola bestialitas, sodomia, incestusque referenda, sed alia quo-

K

que

74 CAPUT III. DE IURE PRINCIPIS &c;

que delicta, quibus aequae matrimonii finis intercipitur, admittenda fuissent. Alias enim omnia argumenta, quae contra alias causas possent proferri, eodem iure aduersus malitiam desertionem adduci possent, quae tamen a PAULO est admisita.

Quid in gene-
re circa pro-
cessum hic
obseruandum

S. XXX. Atque ita, ni fallor, satis hucusque probatum fuit, competere Principibus Euangelicis *ius circa diuortia*, eaque ob plures quoque causas posse concedi, quam hactenus plerisque fuit persuasum. Cum vero hodie diuortia non amplius *privata autoritate* suscipiantur, nec hoc de cor ciuitatum permittat: hinc requiritur, ut causa in iudicio cognita et legitimo processu fuerit ventilata. Vbi quidem ante omnia coniugi actori incumbit probatio eius quod intendit, h.e. 1) causam revera factam fuisse; 2) eam legibus ciuitatis esse congruam, adeoque ad dissoluendum matrimonii vinculum validam. Quod autem ad diuortium ex causa *adulterii* praesumtiones quoque sufficere, supra diximus, hoc ad omnes perinde causas non est extendendum. Adulterium enim est delictum occultum, remotis arbitris fieri solitum, vnde ad eius probationem testes haud facile possunt adduciri. Alia autem et diuersa delicta publice aut saltim non ita circumspecte fiunt, vnde ea plene quoque erunt probanda. Dantur etiam causae, quae cauillationibus et captionibus incommodorum coniugum magis sunt exppositae, in quibus cautus esse debet Princeps vel Consistorium, ne temere diuortia fiant, eoque malitia infociabilis coniugis indulgeatur. Caeterum coniugibus quoad vinculum dissolutis parti nocenti regulariter solet coelibatus iniungi MEVIVS P. S. dec. 359. Sed quia exinde saepe maioribus peccatis ansa datur, hinc saepe etiam nocenti coniugi permititur, ut ad secunda vota transfeat, quod tamen communiter sub hac conditione conceditur, ut ex loco seu domicilio debeat migrare cuitandi scandali causa. CARPOVIVS II. def. 193.

FINIS.



00 A 6361

ULB Halle
002 916 55X

3



WAP

Betho

